





CAROLI LINNÆI

ENTOMOLOGIA,

FAUNÆ SUECICÆ DESCRIPTIONIBUS AUCTA;

DD. Scopoli, Geoffroy, de Geer, Fabricii, Schrank, &c. speciebus vel in Systemate non enumeratis, vel nuperrime detectis, vel speciebus Galliæ Australis locupletata, generum specierumque rariorum iconibus ornata;

Curante & augente Carolo de Villers, Acad. Lugd. Massil. Villa-Fr. Rhotom. necnon Geometriæ Regio Professore.

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI,

Sumptibus Piestre et Delamolliere.

1789.



PRÆLOQUIUM.

Philosophia virtutis principium expultrixque vitiorum Naturæ operum indagatio.

BACON.

IN variis vitæ tempeſtatibus ſolatium ſemper præ ſe fert Creatoris operum inquiſitio. Obſervatori ubique natura arridet; deſcendens in ſolitudines nunquam ſolitarius & in regionibus cuivis faſtidioſis jucunde detinetur. Arbor naturalis univerſum orbem terrarum ramis amplectitur; quocumque circumfert oculos ſagax inveſtigator, inde erumpunt coloni, animalia ubique, plantarum etiam ultra limites reperiuntur: Perfectibilitate homo primus, quis ultimum aſſignabit. Regnum animale naturæ amantes antiquius præcipue non occupaverat, Zoologiaque, præſertim ea pars *Entomologia* vocata, indigeſta adhuc erat, quum, anno 1738, *Syſtema Naturæ* in lucem edidit immortalis *Linnæus*. Licet prima hæc editio methodi potius ſit delineatio, quam methodus ubicumque gentium effuſa, omnes

tamen qui de re naturali antea ſcripſe-
rant vel ipſos Botanicos longe anteceſſit.
Sexuali methodo vegetativa felicius ordinavit;
animalia characteribus propriis conjunxit
vel ſeparavit; in regno minerali etiam nova
lux affulſit; ſic quidquid aerem, aquas ter-
ramque habitat in mente *Plinii recentioris*
tunc erat diſpoſitum. Infelix diu, ſed
quis Muſarum alumnus infortunio non fuit
mactatus?

In vanum reclamant methodorum Anta-
goniſtæ, in vanum Naturam methodice non
agere objiciunt; non ſine jure rident *Lin-
næani*. Entis Supremi conſilia, licet incom-
prehenſibilia, ſemita certa perficiuntur. Inva-
riabilis lex creans, invariabilis lex conſervans:
principia elementaria, qualiacumque ſint,
minime fortuito uniuntur viſque univerſa
eodem modo commovet, incendit & aggregat.
A priori incognita, ſola experientia demonſ-
trari poteſt; ſed in experimentis quot alluci-
nantur. Quam ante immortalem *Newtonem*
ſuſpicati fuerant nonnulli, eam vim celeberri-
mus *Anglus* experientia & probationibus
mathematicis demonſtravit. Recentioribus
obſervationibus confirmata fuit. Regnat in
cœlo, regnat in terris, imperat ubique,

dubium legitimum non jam permiſſum. Conſtans ſalium cryſtalliſatio, famoſæ numeroſioreſque Chymicorum affinitates, calcium metallicarum revivificatio, germinum invariabilis explicatio &, ut fecundentur, utriuſque ſexus in duobus naturæ regnis commixtus legem entium conſervatricem alte proclamant. Naturæ inſtrumentum tempus, nos ut umbra tranſimus. Ante oculos projiciuntur effectus, cauſa latet forſanque in æternum latebit. Pernitioſa & inſatiabili famæ cupiditate, his quæſtionibus *cur*, *quomodò* hodie ſæpius audaces reſpondent; ſyſtemata congerunt, filii abortivi ante patrem extinguuntur; quidquid enim experientia conſtanti fulcitur, hoc ſolum benevole excipient Poſteri.

A Recentiorum hypotheſibus, Syſtema *Linnæi* quantum diſſimile! nihil aliud eſt quam omnium Naturæ operum diſpoſitio & ordinatio, in claſſes, ordines, genera, ſpecies varietateſque; *niſi enim in ordines redigantur ſubſtantiæ naturales & veluti in caſtrorum acies diſtribuantur, tumultu & fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt.* (Cæſalpinus.) Auxiliante methodo, mineralia, plantæ animaliaque incognita ſtatim

determinantur, at ſola deſcriptione, non ſine improbo labore dignoſci poſſunt. Quadrupedum Muſæi Regalis hiſtoria voluptuoſe perlegitur; deſcriptionum tamen ope tarde nominaretur quadrupes; eas enim perlegere, icones pervolutare neceſſarium, ut animali incognito imponatur nomen quod, dentium inſpectione, poſitione, numero & forma, fere ſubito aſſignaretur. Attamen plantis inſectiſque quadrupedes longe minus numeroſi. Quantum tempus conſumendum ut, abſente methodo, vegetabile inſectumque cum deſcriptione comparentur. Syſtema *Linnæi* illuſtrant & methodus & deſcriptio : familia cognita, aliæ rejiciuntur familiæ; generis determinatione, genera fugiunt alia. Tunc ordo genus dilucidat deſcriptioque ſpeciem manifeſtat. Nonnulla individua, fateor, a generibus præſtitutis aliquando recedere videntur, certæ ſpecies aberrant, quid mirum! omnes ſpecies ordinare, nominare, deſcribere fere incredibile videtur, opus tamen & inchoavit & adumbravit & perfecit *Linnæus*.

In regno minerali non minus verſatus erat præſtantiſſimus Vir, licet in hac parte multo minus celebretur. *Salium*, inquit, *metamorphoſin, etiamnum occluſam Lithologis ſerio*

commendo, quæ si æque aperta fuerit ac hodie terrarum janua, nova lux affulgebit lapidum genesi. Crystallos lapidosas, quod salibus dudum subjeci, ob rationes datas & pluribus dein confirmatas adeoque non mutandas, a variis reprehensus fui; sed vix ab aliis, quam qui ignorant quid distent Silices a Calce; & alibi.

Primus, anno 1736, lapides in methodum systematicam disposui, constituendo GENERA *fixa characteribus definita, quæ omnia non omnibus invisa fuisse, ex scriptis successorum intellexi, quamvis nonnulli meis humeris insistentes, circumspexere altius, quædam mutando addendoque non sine supercilio.* Legendo præfationem *Systém. Naturæ*, Systema ipsum penitus perscrutando, antiquarum novitatum origo detegitur; rivi tamen fontem non amplius agnoverunt.

Error & veritas perpetuo peregrinantur; sed veritas cordi est paucis, decepit enim frons prima multos. Quod de incomparabili *Newtone* scripsit elegantissimus Astronomiæ Historicus, ad illos omnes mundi præceptores probe applicari potest: *operum detractores argumenta non librant: D. Maskelinii* experientiæ, celeberrimæ Academiæ

Regalis Vicariorum relatio, Acad. Lugd. Monſp.que ſententia nec magnetiſantium nec diverſæ radiorum refrangibilitati nec attractioni refragatorum errorem abſtulerunt. *Corpora curari poſſunt, animarum nulla medicina eſt.* Cic.

Syſtema Sexuale fere ab omnibus Botanicis acceptum fuit, methoduſque in regionibus Borealibus nata orbis terrarum Botanicam feliciter ordinavit; in *generibus* enim *plantarum condendis regulas arcte conſtrinxit, characteres a ſolo flore deſumendos ſtrenue aſſeveravit.* Nuperrime *Syſtema Sexuale*, ipſis Antagoniſtarum objectionibus, confirmavit celeb. *D. Gouan.* Entomologia *Linn.* vicem eandem non ſubivit. Nonnullis placuit *Syſtema* Tarſorum inſtrumentorumque Cibariorum. *Sex tantum ſectiones* admiſit *D. Geoff.* nam, ſub nomine *Tetrapterorum alis nudis*, Neuroptera & Hymenoptera *Syſtematis* ordinavit; aculei tamen defectu, unio minime naturalis videtur. In octo claſſes inſecta diviſit D. Fab. *Eleuterata*, *Ulonata*, *Syniſtata*, *Agonata*, *Unogata*, *Gloſſata*, *Rhyngota*, *Antliata*, Apterorumque claſſem a Natura indicatam rejecit. Hymenoptera & Neuroptera cum Apteris miſcuit, Libel-

fulas cum Julis, Scolopendris, Acaris, Araneis; cætera Hymenoptera Neuropteraque cum Monoculis, Onifcis, Poduris indiftincte ordinavit. In novi *Syftematis* bonum, ni fallor, minime cedit fingularis hæc aggregatio.

Immortali *Linnæo* objectat clarif. *Fabric.* quod characteres generum undequaque collegerit. *Perfpexit perbene fummus vir hunc* Syftematis *defectum ideoque rarius nova genera condidit & magis habitui quam characteri confidit.* Si characteres e partibus oris quorum infectorum facile eruuntur, quis in minoribus & in minimis, fine improbo labore, etiam ad lentem eos agnofcet? Quædam genera *Linn.* Entomologiæ aliquando vacillari fatendum eft; fed character femper adeo brevis eft adeoque facile memoria cuftoditur, ut Entomologiam *Syft.* ufque ad hoc tempus, tyronibus aliis omnibus faciliorem perfuafum habeam.

Genera quædam nova feliciter addidit *D. Fab.* quædam autem alia minus utilia forfan judicabuntur. *Antennæ capitatæ capitulo fiffili*, ab aliis Coleopteris Scarabæos fufficienter amovent: Trox, Melolontha, Trichius, Cetonia *D. Fab.* Copris *D.*

Geoff. aliaque ad illuſtrationem Entomologiæ an neceſſaria? Characteres *Syſt.* Cerambycum, *D. de Geer.* nota ſpecifica aucti, hoc genus facile firmarent; *oculis enim lunaribus circa baſin antennarum poſitis* a Lepturis recedunt.* E genere Chryſomelarum, Chryſ. *Elongatæ* ſub genere proprio non injuſte collocarentur; diviſio tamen tertia ſ. Chryſ. *corpore cylindrico* minime rejiciendæ Cryptocephalique nomen non admittendum; *nomina generica ſexquipedalia enunciata difficilia & nauſeoſa ſemper fugienda. Seſquipedalia dicimus verba, quæ plus quam duodecim litteras continent,* de *Cryptocephalis* D. Geoff. exemplum capiens, nomen nihilominus proſcriptum genuſque omnino inutile conſervavit celeb. Entomologus.

Omnia, inquit, *genera ſecundum leges artis & naturæ examinavi;* Acanthias tamen Reduvioſque a Cimicibus, Hepialos a Noctuis ſeparavit, licet horum generum characteres, etiam ab inſtrumentis cibariis ſumti, ad nova conſtituenda hæc genera vix ſufficiant; præterea decem *Linn.* ordinibus *Cimices* lucide explicantur. *Hepiali* veræ ſunt Noctuæ *Elingues*, antennis capite

* Cerambyx. antenna attenuata, sub-amphiophthalma. Forster in Enchiridion. Hist. Nat. p. 147.

thoraceque ſimul ſumtis, brevioribus, &c. noſtra opinio *D. de Geer* Entomologia roboratur; ab antennis enim quatuor Cimicum familias, quintam & ſextam a corporis forma notavit, Noctuæque *Elingues Syſt.* Phal. *D. de Geer* antennis filiformibus præcedunt.

Muſcarum genus numeroſiſſimum varii Entomologi in plurima alia diverſe partiti fuerunt, ſed licet *Stratyomis* nota ſpecifica a thoracis ſpinis ſumta, optima, Muſcas tamen *Filatas* in duas familias diſtribuendo, *Filatas* thorace inermi, &c. *Filatas* thorace armato, &c. genus novum ſuperfluum eſſet. *Naturales exiſtere inſectorum claſſes ſuadent ratio, detecta, obſervata, at nondum tempus eas elaborare, cum tyrones ſcientiæ adhuc ſimus.* Claſſes igitur *Syſt.* quarum nomina *optima* conſervandæ *uſquedum plurimis laboribus plurimiſque inventis gradatim ad naturales accedamus.* *Linnæanam* Entomologiam recentioribus Syſtematibus jure ac merito prætuli; nam *quamdiu Syſtematici quotidie novos generum characteres novoſque conceptus introducunt, tamdiu nunquam genera ſtabiliuntur, nulla ſcientiæ eſt certitudo & brevi tempore ad priſtinam*

barbaritiem redibit Entomologia. Fab. fundam. Entom.

Mutat genera Syſtematicus, nomina trivialia jam diu cognita aliis individuis ſæpius applicat; hac ponderoſa nomenclatura multiplicique ſynonymia laborioſa ſumptuoſaque neceſſario fit Hiſtoria Naturalis; quot enim icones explorandæ, quot libri emendi, ne inſectum cognitum ut novum offeratur? Non fert præterea omnia omnis tellus: quibuſdam regionibus individua prodiga manu largita eſt Natura, aliis parca diſtribuit; varia neceſſario peragranda climata, ut antiquæ reperiantur ſpecies, ut novæ detegantur; Litteratis tamen rariſſime favent Pactolydes Nymphæ.

Inſectorum inquiſitio valde laborioſa: pleraque minimo ſtrepitu ſeſe occultant; larvarum color obſervatorem ſæpe decipit, nonnullæ larvæ in locis fœtidiſſimis, in vegetalium truncis, aliæ in aquis, aliæ in larvis, aliæ in arboribus, aliæ in montibus, aliæ in apricis locis quærendæ; ſed pleraque inſecta nonniſi ſub ſole ardente volitant, tunc difficile capiuntur.

Inſecta Europæa ab aliis Entomologis deſcripta plurimaque nova addidi, ſynony-

miam auxi, ſed unicuique quod ad eum pertinet, attribui. Hæc Entomologiæ *Syſt.* editio deſcriptionibus *Faun. Suec.* locupletatur; opus rarum & neceſſarium. Quæ deſunt deſcriptiones, in Muſæo *Lud. Ulr.* hauſi aut ex aliis deſumſi aut de meo addidi; ſed novæ ſpecies fere ſemper propriis verbis Entomologi apparebunt.

Regionem Europæam a *Linn.* nimis coarctatam dilatavi plurimaque individua Europæ, ſunt reſtituta; ex. gr. Pap. *Fidia*, *Mnemoſyne*, *Belia*, *Eupheno*, *Rumina*; Sphinx *Cafra*; Lucanus *Capreolus*; Scarabæus *Sacer*; Hiſpa *Teſtacea*; Cicindela *Capenſis*; Myrmeleon *Barbarum*, *Libelluloides*, *Formicalynx*, &c. non ſolum ut Europæ, ſed ut Galliæ Auſt. incolæ præſentantur. Noſtri Muſæi inſecta indeſinenter ante oculos fuerunt ſive ad comprobandas ſpecies, ſive ad differentias indicandas : ubi dubium, Entomologos conſului præcipuorumque ex conſenſu ſynonymiam ſæpe emendavi. Experientia doctus, unumquodque volumen duplici indice terminatur: prior relationem Entomologiæ *DD. de Geer*, *Geoffroy Fabricii*que cum *Linnæi* Entomologia offert: nomina trivialia poſterior exerit.

Quo majori ſit hoc opus utilitati, compendio *Philoſophiam Ent.* feci quoſdamque *D. Fab.* canones enunciavi, ne tyrones, vi ſyſtematica rapti, novam methodum faciliorem credant, ne nova genera promptius admittant, ne nomina trivialia infeliciter imponant, ne varietates ſpecierum laude gratis decorantes, ſpecies novas citius offerant. Additiones, deſcriptiones, emendationes novæ *Mantiſſæ* illuſtriſſ. *Fabr.* aut in proprio loco reperientur, aut in appendice *tom.* 4. quidquid igitur ab Entomologis hodie cognitum eſt, Entomologiam *Linnæanam* exornabit.

Inſectum rarius uniuſcujuſque generis & uniuſcujuſque generis diviſionum tabulis expreſſum fuit; generis antennæ inſectum comitantur; eo Entomologiæ ſtudium facilius evadet. Licet diverſæ, ſub eodem nomine, ſpecies in variis operibus non raro deſcribantur, nomen triviale non fuit mutatum, ne ex hac mutatione confuſio oriretur.

Coleoptera Hemipteraque nova enumerando, Entomologorum deſcriptiones in primo volumine non additæ fuerant; ſed cum ſola diagonoſi ſpecies non facile determinantur *D.* que *Fab.* deſcriptiones mox in *Entomologia*, mox in prima *Mantiſ.* mox

in *Speciebus*, mox in *Appendicibus*, mox in ſecunda *Mantiſ.* reperiuntur, deſideratæ fuerunt quartumque volumen illuſtrabunt.

Quæ Galliam habitant inſecta, duplici modo indicata ſunt littera V. vel *Inſ. pariſ. Ent.*que *pariſ.* citationibus. Error forſan hic erit frequens; abſente enim nota ſpecifica *Linn.* etiam cum deſcriptiones non deſunt, individuorum in his operibus enumeratorum ad diviſiones *Syſt.* ambagioſa relatio. Eadem prorſus calamitas in Carnioliæ Entomologia, ex. gr. Muſcas in M. Nobiles, Plebeias & Muticas diviſit clariſſ. *D. Scop.* Nobiles & Plebeiæ ſunt vel plumatæ vel ſetariæ, differentia a tomento & pilis neglecta fuit. Quædam *Syſt.* genera inutiliter laceravit meritiſſimus Vir, alia etiam creavit *quæ, neſcio quid inſueti, produnt*, Anthrax, Erax, &c. Entomologorum perpetua hæc vacillatio ſcientiæ minime profuit. In favorem Entomologiam amore proſequentium inſecta *Linn.* incognita, more hujus viri immortalis, ordinare plurimum intereſſe arbitratus ſum; magnum opus tyronibus neceſſarium inchoavi, perficient Nepotes : ſi labor utilis, metam laborum aſſecutus ſum.

N. B. Noſtra Gallia Auſtralis a 45° latitudinis, id eſt, circa Lugdunum incipit & ad mare mediterraneum extenditur.

Trivialia nomina, exemplo *DD. de Geer, Geoffroy*que, ſæpius plurimis verbis Gallicis in primo volumine enunciata fuerunt, quod, amicorum conſilio, poſtea fere ſemper vitavi. Sic ubicumque legetur, Rufipes, *&c.* Mobilicornis, *&c.* Melanocephala, *&c.* 2 maculata, *&c.* legendum erit, *Rufipede*, *&c.* *Mobilicorne*, *&c.* *Bimaculée*, *&c.*

Licet valde curata fuerit hæc editio; errores fere inevitabiles pleroſque in tab. nomenclativa & in illuſtrationibus correxi, imprimis eos qui ad nomina trivialia pertinent, ſed ſequentes non emendati fuerunt.

Pag. 113, inter lin. 11 & 12, ſuppl. ex *Enum.*

pag. 125, *n.* 20, obſ. *Entomologici*, lege, *Entomologi.*

pag. 190, *n.* 66, inuſus, *le nonchalant*, lege; inciſus, *le ſillonné.*

pag. 357, lin. penult. tarſibus, lege, *tarſis.*

pag. 425, *n.* 4, dentes duæ acutæ, lege, *dentes duo acuti.*

pag. 433, *n.* 4, lin. 11, mantidis *perlæ*; mantidis *puſillæ*, lege, mantis *perlæ*, mantis *puſillæ.*

CLASSIS I.



RAPPORT

DE MESSIEURS

LES COMMISSAIRES DE L'ACADÉMIE

DE LYON.

NOMMÉS Commiſſaires par l'Académie, pour lui rendre compte d'un ouvrage de M. de Villers notre confrère, lequel a pour titre : LINNÆI ENTOMOLOGIA, &c. nous entrerons dans quelques détails pour faire connoître le mérite de cet ouvrage, qui formera quatre volumes *in*-8°.

Nous obſerverons d'abord, que l'Auteur a eu pour objet dans cette Entomologie, de ſuivre, à l'égard des inſectes, le plan que l'un de nous a tâché d'exécuter relativement aux plantes d'Europe; c'eſt-à-dire de raſſembler toutes les obſervations que le Chevalier Von-Linné a publiées, en différens temps, ſur les Inſectes Européens; obſervations qui ſont éparſes dans divers ouvrages devenus aſſez rares.

M. de Villers a pris pour baſe de ſon travail, la troiſième édition du *Syſtema Naturæ*, qui parut en 1767. Aux phraſes de Linné, il ajoute, pour chaque eſpèce, non-ſeulement la deſcription particulière qui ſe trouve dans le *Fauna-Suecica*,

le *Museum Reginæ*, ou les *Amænitates Academicæ* ; mais encore les descriptions ou observations que Linné a citées des ouvrages de Scopoli, Gronovius, Geoffroy, Fabricius & autres. Il étend considérablement la synonymie Linnéenne, en indiquant les meilleures figures, publiées depuis 1767, principalement par Schæffer, de Géer, &c. & ce qui distingue particulièrement la nouvelle Entomologie, c'est qu'en la rédigeant, l'Auteur a eu sous ses yeux l'immense collection qu'il a formée, & qu'en comparant les individus aux descriptions de Linné, il a été à portée de développer ses caractères spécifiques, d'éclaircir la synonymie, & de constater les variétés.

M. de Villers ne s'est cependant pas borné aux espèces données par Linné, il a fait entrer, dans chaque sous-division, toutes celles qui ont été découvertes depuis la publication du *Systema Natura*, notamment par Scopoli, dans la Carniole ; par Geoffroy, en France ; par Schrank, en Autriche ; par Fabricius, dans le Nord. L'Auteur joint à ces espèces nouvelles, les descriptions ou des notes critiques ; mais ce qui lui appartient plus particulièrement, c'est la détermination de plusieurs centuries d'insectes, qu'il doit à 25 ans de recherches & de voyages dans les provinces méridionales de la France, & dans les environs de la ville de Lyon. Ces insectes avoient échappé à la poursuite des plus célèbres entomologistes. Il en a déterminé sévérement le genre, & ne se contentant pas d'avoir décrit avec précision leurs caractères spécifiques, il les a fait dessiner la plupart, & graver par

M. Boily, graveur de l'Académie, artiſte dont le talent diſtingué eſt connu depuis long-temps. Indépendamment des inſectes qu'il a découvert, l'Auteur a fait encore entrer dans ſes planches les eſpèces les plus rares, & toujours une ou deux de chaque genre, ce qui en facilite l'étude.

Il s'eſt fait un devoir, dans le texte, de diſtinguer ſcrupuleuſement ce qui appartient au Pline Suédois, & ce qui a été ajouté à la ſcience par les Naturaliſtes modernes, qui ont marché ſur ſes traces.

En un mot, ſon Entomologie, la plus complette qui exiſte, préſente une véritable hiſtoire chronologique des découvertes en ce genre, & dans cette hiſtoire, les provinces méridionales de la France & le Lyonnois, peu connus juſqu'à ce jour, en cette partie, y occupent une place conſidérable. On y verra que, par les recherches de notre confrère, pluſieurs eſpèces que Linné n'avoit connues que comme exiſtantes en Afrique, ſont en même-temps Européennes.

Il réſulte, de ſon immenſe travail, que le nombre des inſectes déterminés en Europe, ſans faire mention des microſcopiques, ſurpaſſe le nombre des plantes qui y croiſſent; ce qui juſtifie l'apperçu de Linné, qui, dans le temps où il n'avoit encore déterminé que 1200 eſpèces, ſoupçonnoit dès-lors que leur nombre ſeroit un jour reconnu pour être bien plus étendu que celui des végétaux.

Nous ajouterons que l'Entomologie offre les mêmes difficultés que les autres branches de l'hiſtoire naturelle. La nomenclature enrichit & embarraſſe en même temps la ſcience, les différens noms

aſſignés aux genres & aux eſpèces, préſentent un chaos très-difficile à débrouiller. M. de Villers a entrepris de le diſſiper d'une manière lumineuſe. A la fin de chaque claſſe, il place des tables qui préſentent une exacte concordance de tous les noms génériques & triviaux établis par Linné, Geoffroy, Fabricius & de Géer. On y voit, d'un coup d'œil, combien les diverſes manières de caractériſer les objets, ont occaſionné de déplacemens dans les diſpoſitions méthodiques des principaux Entomologiſtes.

Pour completter ſon ouvrage, l'Auteur, à la fin du dernier volume, a raſſemblé 1°. les deſcriptions nouvelles qui ont été publiées pendant le cours de l'impreſſion; 2°. les additions & corrections qu'il a cru convenables; enfin les fondemens de l'Entomologie ou préceptes de la logique de cette ſcience.

Par cet expoſé, MESSIEURS, vous entrevoyez toute l'étendue du travail de M. de Villers, & l'utilité dont il ſera pour ceux qui s'adonnent à cette intéreſſante partie de l'Hiſtoire naturelle. Il publie tous les inſectes d'Europe, déterminés juſqu'à ce jour; un grand nombre d'eſpèces nouvelles; pluſieurs obſervations neuves ſur les eſpèces déjà connues; & ſa critique nous a toujours paru éclairée & impartiale.

Nous croyons, en conſéquence, que ſon ouvrage mérite l'approbation de l'Académie, & qu'il eſt dans le cas de paroître ſous ſon privilége.

A Lyon ce 26 juin 1788.

Signé, GILIBERT, LATOURETTE & VITET.

PRIVILÉGE DU ROI.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France et de Navarre, à nos amés et féaux Conseillers, les Gens tenant nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre hôtel, grand Conseil, Prévôt de Paris, Baillis, Sénéchaux leurs Lieutenans civils, et autres nos justiciers qu'il appartiendra; SALUT : Notre bien-aimée l'ACADÉMIE royale des sciences, belles-lettres et arts de Lyon, nous a fait exposer que, toujours dévouée à des travaux et occupations littéraires, utiles à l'Etat, elle avoit besoin de nos Lettres de Privilége, pour faire imprimer ses Ouvrages, ceux des Académiciens qui la composent, et ceux qu'elle auroit approuvés, parmi les pièces qui lui ont été ou pourront être adressées, pour le concours des prix qu'elle distribue. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter notre ACADÉMIE, nous lui avons permis et permettons par ces présentes, de faire imprimer, conjointement ou séparément, par tel Imprimeur qu'elle voudra choisir, et ce pendant vingt années consécutives, à compter de ce jour des présentes, et de faire vendre et débiter par-tout notre royaume, tous les ouvrages de sciences, belles-lettres et arts, qu'elle auroit faits ou pourroit faire, ceux des Académiciens qui la composent, autant qu'ils traitent d'objets que notre ACADÉMIE se propose de cultiver, et encore ceux qu'elle auroit approuvés ou pourroit approuver, parmi les pièces envoyées au concours pour les prix qu'elle distribue; le tout en tel volume, format, marge, caractères, et autant de fois que bon lui semblera; sans toutefois, qu'à l'occasion des ouvrages ci-dessus spécifiés, il puisse en être imprimés d'autres; et à condition que les ouvrages des Académiciens de notredite ACADÉMIE, porteront après le titre, le nom de leur auteur, et ne pourront être imprimés, ainsi que les pièces qui auront concouru pour le prix, qu'après avoir été préalablement examinées par trois Commissaires, au moins, choisis par notredite ACADÉMIE, dans le nombre de ses membres, et approuvés par notredite ACADÉMIE, d'après le compte que lesdits Commissaires en rendront dans une assemblée

ordinaire, de quoi le Secrétaire de notredite ACADÉMIE délivrera un certificat, signé du Directeur et de lui, lequel sera imprimé en tête ou à la fin de l'ouvrage, à la suite du présent Privilége. FAISONS DÉFENSES à toutes sortes de personnes, de quelque qualité et condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangère dans aucun lieu de notre obéissance, comme aussi à tous Libraires et Imprimeurs, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou faire vendre et débiter lesdits Ouvrages, en tout ou en partie, et d'en faire aucune traduction ou extrait, sous quelque prétexte que ce puisse être, sans la permission expresse et par écrit desdits Exposans, ou de ceux qui auront droit d'eux, à peine de confiscation desdits exemplaires contrefaits, de six mille livres d'amende, qui ne pourront être modérés pour cette première fois, et de pareille amende et de déchéance d'état, en cas de récidive, et de tous dépens, dommages et intérêts, conformément à l'article du Conseil du 30 août 1777, concernant les contrefaçons, à la charge que ces présentes seront enregistrées, tout au long, sur le registre de la Communauté des Imprimeurs et Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelle; que l'impression desdits Ouvrages sera faite dans notre Royaume, et non ailleurs, en bons papiers et beaux caractères, conformément aux Règlemens de la Librairie; qu'avant de les exposer en vente, les manuscrits ou imprimés qui auront servi de copie à l'impression desdits Ouvrages, seront remis ès mains de notre très-cher et féal chevalier Garde des Sceaux de France, le sieur HUE DE MIROMENIL, Commandeur de nos ordres; qu'il en sera remis ensuite deux exemplaires dans notre Bibliothéque, un dans celle de notre château du Louvre, et un dans celle de notre cher et féal Chevalier, Chancelier de France, le sieur de MAUPEOU, et un dans celle dudit sieur de MIROMENIL; le tout à peine de nullité des présentes, du contenu desquelles vous mandons et enjoignons de faire jouir lesdits Exposans, et leur ayant cause, pleinement et paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucuns troubles ou empêchemens. Voulons que la copie des présentes, qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin desdits Ouvrages, soit tenue pour dûment signifiée, et qu'aux copies collationnées par un de nos amés

et féaux Conseillers, Secrétaires, foi soit ajoutée, comme à l'original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire, pour l'exécution d'icelles, tous actes requis et nécessaires, sans demander autre permission, et nonobstant clameur de haro, Charte Normande, et Lettres à ce contraires; car tel est notre plaisir. Donné à Fontainebleau, ce trentième jour d'Octobre, l'an de grace mil sept cent quatre-vingt-six, et de notre règne le treizième. *Signé*, par le ROI en son Conseil,

LE BEGUE.

Registré sur le registre XXIII de la Chambre royale et syndicale des Libraires et Imprimeurs de Paris, n°. 943, f°. 82, conformément aux dispositions énoncées dans le présent Privilége, et à la charge de remettre à ladite Chambre, les neuf exemplaires prescrits par l'Arrêt du Conseil du 16 Avril 1786.

A Paris, le 3 Novembre 1785.

Signé, KNAPEN, Syndic.

EXTRAIT des registres de l'ACADÉMIE des Sciences, Belles-Lettres et Arts de Lyon, du 27 Mai 1788.

MM. DE LATOURRETTE, GILIBERT et VITET, ayant été nommés ci-devant Commissaires, à la demande de M. DE VILLERS, pour faire l'examen et rendre compte à l'Académie, d'une *Entomologie Européenne*, qu'il est sur le point de publier, et qui comprend non seulement les insectes d'Europe, déterminés par le chevalier VON LINNÉ, dans la douzième édition de son *Systema Naturæ*, mais encore tous ceux qui y ont été annoncés, depuis lors, par divers Entomologistes, ainsi qu'un très-grand nombre d'espèces nouvelles, découvertes et décrites par l'Auteur: Ouvrage qui doit former quatre vol. in-8°. avec des figures en taille-douce. Ces Messieurs en ont fait aujourd'hui un rapport très-avantageux, et sur ce rapport, l'Académie a pensé que le travail de M. DE VILLERS, notre confrère, en répandant un nouveau

jour sur l'Entomologie de LINNÉ, recule infiniment les limites de cette science, ne peut être que d'une grande utilité pour ceux qui s'en occupent, mérite son approbation, et qu'il peut paroître sous son privilége.

Nous soussignés, certifions la copie ci-dessus conforme au registre; en foi de quoi nous avons signé,

DESCHAMPS, Directeur.

LATOURRETTE, Secr. perp.



CLASSIS I.

INSECTA.

In his tam parvis, atque tam nullis,
Quæ ratio! quanta vis!
Quam inextricabilis perfectio!
PLIN. XI. 2.

ANIMALCULA polypoda, *Spiraculis* lateralibus respirantia, *Cute* ossea cataphracta; *Antennis* mobilibus sensoriis capitis instruuntur.

CORPUS horum dividitur in *Caput*, *Truncum*, *Abdomen*, *Artus*.

CAPUT plerisque distinctum, *instruitur* Oculis, Antennis, sæpiusque Ore; *destituitur* Cerebro, Naribus, Auribus.

Oculi plerisque bini, absque palpebris, simplices aut compositi, quibus vident colores.

Antennæ binæ, articulatæ, sensu nobis ignoto, sunt *setaceæ*, *filiformes*, *moniliformes*, *clavatæ*, *capitatæ*, *fissiles*, *pectinatæ*, *barbatæ*, corpore *breviores*, *longiores*, *mediocres*.

Palpi articulati, ori affixi, plerisque quatuor s. sex: articulis 2, 4, 3.

Os plerisque sub capite, quibusdam in pectore; *Rostro*, *Labio*, *Maxillis* transversis, *Dentibus*, *Lingua*, *Palato*; nonnullis os nullum.

Stemmata verticis puncta tria elevata nitida.

TRUNCUS, inter Caput & Abdomen, pedatus, *Thorace* supra *Dorso*, postice *Scutello*, subtus *Pectore* *Sternoque*.

ABDOMEN, Ventriculo, Inteſtinis, Viſceribuſque fœtum, inciſuris 5, annulatum, *Spiraculis* poroſis lateribus pertuſum, ſupra *Tergo*, ſubtus *Ventre*, poſtice *Ano* terminatum.

ARTUS ſunt *Cauda*, *Pedes*, plurimiſque *Alæ*.

Cauda abdomen terminans, eſt vel ſolitaria ſ. *bicornis*; ſimplex ſ. armata *Forcipe*, *Furca*, *Seta*, *Chela* ſ. *Aculeo* ſimplici ſ. compoſito, lævi ſ. ſerrato.

Pedes Trunci Femoribus, *Tibiis*, Plantæ *Tarſis*, Digitis *Unguibus*; Manus (*Chela*) nonnullis, ſimplex Pollice mobili; Poſteriores pro uſu *curſorii*, *ſaltatorii*, *natatorii*.

Alæ duæ ſ. quatuor, ſunt vel *planæ*, *plicatiles*, *erectæ*, *patentes*, *incumbentes*, *deflexæ* ſ. *reverſæ*, *dentatæ*, *caudatæ*, *reticulatæ*, *maculis*, *faſciis*, *ſtrigis*, *lineis*, *punctis pictæ* ſ. *ſtigmatibus* notatæ, *ocellis* ornatæ, idque vel in *primoribus* vel *ſecundariis*, tam in *pagina ſuperiore*, quam *inferiore*.

Elytra (alæ ſuperiores) cruſtacea bina, ſæpius mobilia, *truncata*, *ſpinoſa*, *ſerrata*, *ſcabra*, *ſtriata*, *porcata*, *ſulcata*, *punctata*, tegentia alas inferiores. *Hemelytra* media quaſi alas inter & elytra.

Halteres ſub alis dipterorum ex petiolo capitati.

SEXUS *Mas* & *Femina* generant Perfecta.

Neutra nonnullis ſocietate fœderatis.

METAMORPHOSIS plurimis triplex, mutanda ſtructura, exutis ovi tunicis, una poſt alteram.

OVUM ſub minima mole veſicaria excluditur.

LARVA (Eruca) ſuccoſa, mollior, major, aptera, ſterilis, tardior, apoda, ſæpe ſæpeque polypoda, vorax alimento proprio.

PUPA (Nympha) ſiccior, coarctata, durior, *nuda* ſ. *folliculata*, ſæpe abſque ore, quæ vel *Pedata* 1, 2, 3, vel *Apoda* 4, 5.

Verboſitas, præſentis ſeculi calamitas artis Inſectorum, ut pauciloquium Veniium.

1. *Completa* omnibus partibus agilis. (Aranea, Acarus, Oniſcus.)
2. *Semicompleta* ſolis alarum rudimentis. (Gryllus, Cicada, Cimex, Libellula, Ephemera.)
3. *Incompleta* alis pedibuſque immobilis. (Apis, Formica, Tipula.)
4. *Obtecta* thorace abdomineque diſtincto corticata: (Lepidoptera) eaque vel nuda, vel folliculata.
5. *Coarctata* intra globum. (Muſca, Œſtrus.)

IMAGO revelata, declarata, perfecta generans, agilis, antennis inſtructa.

Triplex itaque ſtructura & cognitio ejuſdem animalis.

HÆC *Muta*, niſi alio proprio inſtrumento ſonora; *Surda*, ſtridorem ætheris licet percipiant; *Plura* ubique plantarum ſpeciebus, ſed ob patentiorem ſibi regionem in orbe pauciora: *Tropica*, *Arctica* & hodie ignota *Antarctica*; ſingula demum *Minima* annua, exceptis aquaticis, ſed univerſa maximæ molis animantia, effectuque pariter maxima, ſed magis occulto magiſque diſperſo, ideoque minus coërcendo; totidem etenim ſunt Naturæ annui miniſtri, propriis negotiis peragendis præfixi, quot muniis ſufficiant, proportionem inter plantas ſervando, erronea, ſuperflua, mortua, putrida conſumendo, aliis demum, imprimis avibus, in alimentum cedendo.

HABITANT inſecta in iis tantum plantis, e quibus victitant (non in quibus), occurrunt, unde ſæpius nomina *Trivialia* optima, ut ars cum *Politia naturæ* combinetur; aliis alia muneribus præfixa præparant, purgant, deſtruunt neceſſaria.

ENTOMOLOGI præſtantiores figuris, proprietatibus, attributis inclaruere.

Veteres *Mouffetus*, *Aldrovandus*, *Jonſtonus*.

Metamorphoſii *Gœdart*, *Meriana*, *Albinus*, *Friſch*, *Rœſel*, *Wilkes*, *Ammiral*, *Harris*.

Philosophi *Swammerdam*, *Reaumur*, *De Geer*, *Bonnet*.

Esp. Iconographi *Clerck*, (*) *Hæffnagel*, *Bradlæus*, *Robert*, *Petiver*, *Schæffer*.

Descriptores *Rajus*, *Fauna suecica (edit. 2. Holm. 1761. oct. Museum Reginæ. Holm. 1764.)*

Monographi *Lister*, *Schæffer*, *Clerck*.

Systematici *Systema naturæ*, *Poda*, *Sultzer*, *Geoffroi*, *Scopoli*, *Gronovius*, *Fabr.*

ORDINES insectorum ab Alis desumsi.

Alæ 4.	Superiores	crustaceæ sutura recta.	*Coleoptera*	1.
		semicrustaceæ incumbentes.	*Hemiptera*	2.
	Omnes	imbricatæ squamis.	*Lepidoptera*	3.
		membranaceæ. ano inermi	*Neuroptera*	4.
		membranaceæ. ano aculeato	*Hymenoptera*	5.
Alæ 2, Halteres loco posticarum		- -	*Diptera*	6.
Alæ 0 s. absque Alis & Elytris		- -	*Aptera*	7.

Quæso ne hæc legentes,
Quoniam in his spernunt multa
Etiam relata fastidio damnent,
Cum in contemplatione naturæ
Nil possit videri supervacaneum.

PLIN.

(*) Clerckii icones insectorum, *pulcherrimum opus, quod etiamnum vidit orbis literatus. Acad. Reg. Scient. Holmens. hoc ab interitu vindicavit.*

Descriptiones *specierum dedi in Fauna suecica, Amæn. Acad. & Museo Reginæ.*

CHARACTERES INSECTORUM.

I. COLEOPTERA.

* *Antennis clavatis extrorſum incraſſatis.*

1 SCARABÆUS	*Antennæ* clava fiſſili. *Tibiæ* anticæ dentatæ.
2 LUCANUS	*Antennæ* clava compreſſa : latere latiore fiſſili.
3 DERMETES	*Antennæ* clava perfoliata. *Caput* inflexum ſub thorace vix marginato.
4 HISTER	*Antennæ* clava ſolida. *Caput* retractile intra thoracem.
5 BYRRHUS	*Antennæ* clava ſolida, ovata.
6 GYRINUS	*Antennæ* rigidulæ. *Oculi* quatuor.
7 ATTELABUS	*Caput* poſtice attenuatum.
8 CURCULIO	*Antennæ* inſidentes. *Roſtro* corneo.
9 SILPHA	*Thorax* Elytraque marginata.
10 COCCINELLA	*Antennæ* clava obtuſa. *Palpi* clava truncata.

** *Antennis filiformibus.*

11 BRUCHUS	*Antennæ* filiformes, extrorſum craſſiores.
12 CASSIDA	*Corpus* ovatum. *Elytra* marginata. *Caput* tectum clypeo.
13 PTINUS	*Thorax* caput recipiens. *Antennæ* articulis ultimis longioribus.
14 CHRYSOMELA	*Corpus* ovatum, immarginatum.
15 HISPA	*Antennæ* porrectæ, approximatæ, fuſiformes.
16 MELOE	*Thorax* ſubrotundus. *Caput* gibbum, inflexum.

Genera Naturalia Auctorum, *metamorphoſi demonſtranda, vitam Scientiæ largiuntur.*

Genera Falſa Tyronum, *ex lubrico principio deducta totidem fœtidiſſimis ulceribus artem pulcherrimam commacularunt.*

17 TENEBRIO *Thorax* marginatus. *Caput* exſertum. Corpus oblongum.

18 LAMPYRIS *Elytra* flexilia. *Thoracis* clypeus caput obumbrans recipienſque.

19 MORDELLA *Laminæ* ad baſin abdominis. *Caput* inflexum.

20 STAPHYLINUS *Elytra* dimidiata alas tegentia. *Veſiculæ* 2 ſupra caudam excrendæ.

*** *Antennis ſetaceis.*

21 CERAMBYX *Thorax* lateribus mucronato-calloſus.

22 LEPTURA *Elytra* apice attenuata. *Thorax* teretiuſculus.

23 CANTHARIS *Elytra* flexilia. *Abdomen* lateribus plicato-papilloſum.

24 ELATER *Pectoris* mucro e poro abdominis reſiliens.

25 CICINDELA *Maxillæ* exſertæ, dentatæ. *Oculi* prominuli.

26 BUPRESTIS *Caput* intra thoracem retractum.

27 DYTISCUS *Pedes* poſtici ciliati natatorii.

28 CARABUS *Thorax* obcordatus, poſtice truncatus.

29 NECYDALIS *Elytra* dimidiata : alis nudis.

30 FORFICULA *Elytra* dimidiata : alis tectis. *Cauda* forcipata.

II. HEMIPTERA.

31 BLATTA *Os* maxilloſum. *Alæ* coriaceæ, planæ. *Pedes* curſorii.

32 MANTIS *Os* maxilloſum. *Pedes* antici ſerrati : ungue unico.

33 GRYLLUS *Os* maxilloſum. *Pedes* poſtici ſaltatorii.

34 FULGORA *Roſtrum* inflexum. *Frons* producta, inanis. *Antennæ* capitatæ.

35 CICADA *Roſtrum* inflexum. *Pedes* poſtici ſaltatorii.

36 NOTONECTA *Roſtrum* inflexum. *Pedes* poſtici natatorii. (ciliati)

37	NEPA	*Roſtrum* inflexum. *Pedes* antici cheliferi.
38	CIMEX	*Roſtrum* inflexum. *Pedes* curſorii.
39	APHIS	*Roſtrum* inflexum. *Abdomen* bicorne.
40	CHERMES	*Roſtrum* pectorale. *Pedes* poſtici ſaltatorii.
41	COCCUS	*Roſtrum* pectorale. *Abdomen* poſtice ſetoſum maribus.
42	THRIPS	*Roſtrum* obſoletum. *Alæ* incumbentes abdomini reflexili.

III. LEPIDOPTERA.

43	PAPILIO	*Antennæ* extrorſum craſſiores. *Alæ* erectæ.
44	SPHINX	*Antennæ* medio craſſiores.
45	PHALÆNA	*Antennæ* introrſum craſſiores.

IV. NEUROPTERA.

46	LIBELLA	*Cauda* forcipata. *Os* multi-maxilloſum. *Alæ* extenſæ.
47	EPHEMERA	*Cauda* ſetis 2. ſ. 3. *Os* edentulum. *Alæ* erectæ.
48	MYRMELEON	*Cauda* forcipata. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.
49	PHRYGANEA	*Cauda* ſimplex. *Os* edentulum. *Alæ* deflexæ.
50	HEMEROBIUS	*Cauda* ſimplex. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.
51	PANORPA	*Cauda* chelata. *Os* roſtratum. *Alæ* incumbentes.
52	RAPHIDIA	*Cauda* filo 1. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.

V. HYMENOPTERA.

53	CYNIPS	*Aculeus* ſpiralis!
54	TENTHREDO	*Aculeus* ſerratus! bivalvis.

55 SIREX	*Aculeus* ferratus fub *abdominis* fpina terminali.
56 ICHNEUMON	*Aculeus* exfertus! triplex.
57 SPHEX	*Aculeus* punctorius. *Alæ* planæ. *Os* elingue.
58 CHRYSIS	*Aculeus* punctorius. *Abdomen* fubtus fornicatum.
59 VESPA	*Aculeus* punctorius. *Alæ* fuperiores plicatæ.
60 APIS	*Aculeus* punctorius. *Lingua* inflexa!
61 FORMICA	*Aculeus* obfoletus. *Alæ* neutris nullæ!
62 MUTILLA	*Aculeus* punctorius. *Alæ* neutris nullæ.

VI. DIPTERA.

63 ŒSTRUS	*Os* claufum f. nullum.
64 TIPULA	*Os* labiis lateralibus. *Palpi* quatuor.
65 MUSCA	*Os* probofcide edentulum.
66 TABANUS	*Os* probofcide dentibufque conniventibus.
67 CULEX	*Os* roftro nutante fiphoniformi. *Stemmata* 0.
68 EMPIS	*Os* roftro inflexo.
69 CONOPS	*Os* roftro porrecto geniculato.
70 ASILUS	*Os* roftro porrecto fubulato.
71 BOMBYLIUS	*Os* roftro porrecto fetaceo.
72 HIPPOBOSCA	*Os* roftro fubnutante breviffimo. *Stemmata* 0.

VII. APTERA.

* *Pedibus fex; Capite a Thorace difcreto.*

73 LEPISMA	*Cauda* fetis exfertis.
74 PODURA	*Cauda* bifurca inflexa faltatrix.
75 TERMES	*Os* maxillis duabus.
76 PEDICULUS	*Os* aculeo exferendo.
77 PULEX	*Os* roftro inflexo cum aculeo. *Pedes* faltatorii.

*** Pedibus 8-14, Capite Thoraceque unitis.*

78 ACARUS	Oculi 2.	Pedes 8.	Palpi.
79 PHALANGIUM	Oculi 4.	Pedes 8.	Palpi chelati.
80 ARANEA	Oculi 8.	Pedes 8.	Palpi clavati.
81 SCORPIO	Oculi 8.	Pedes 8.	Palpi chelati.
82 CANCER	Oculi 2.	Pedes 10:	primo chelato.
83 MONOCULUS	Oculi 2.	Pedes 12:	decem chelatis.
84 ONISCUS	Oculi 2.	Pedes 14.	

**** Pedibus pluribus. Capite a Thorace discreto.*

85 SCOLOPENDRA	*Corpus* lineare.
86 JULUS	*Corpus* subcylindricum.

In nova fert animus mutatas dicere formas corpora.



FAMILIA PRIMA.

COLEOPTERA.

ELYTRA ALAS TEGENTIA.

GENUS PRIMUM.

SCARABÆI.

ANTENNÆ CLAVATÆ CAPITULO FISSILI.

TIBIÆ ANTICÆ SÆPIUS DENTATÆ.

* *Thorace cornuto. t. 1. f. 1.*

Typhœus. 1. Sc. scut. (phalangiste.) thorace tricorni: intermedio minore, lateralibus porrectis longitudine capitis, capite mutico. *Muf. Lud. Ulr.* 8.* *Gron. zooph.* 423.
Mouff. inf. 152. *f.* 2. Tauroceros.
Raj. inf. 103. Scarabæus ovinus 2.
Frisch. inf. 4. *t.* 8.
Geoff. le phalangiste.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 4. ♂
t. 5. *f.* 1. ♀
De Geer. inf. 4.
Voet. scar. t. 19. *f.* 124. 125.
Fab. 10.
Petiv. garoph. t. 23. *f.* 3.
Hab. in Anglia, Hispania. *Osbeck.* in Gallia Geoff. V. Variat colore & cornuum longitudine.

Obſ. larva in fimo vaccino, frequens circa Lugdunum.

Corpus *magnitudine S. ſtercorarii, atrum.* Caput *anguſtum, muticum, depreſſum, lateribus villoſum.* Antennæ *capitulo ſubgriſeo.* Thorax *glaber Spinis tribus: lateralibus porrectis, acutis, longitudine capitis; intermedia breviore, erectiore.* Elytra *ſtriata.* Sexus *alter loco ſpinarum gerit tantum rudimenta truncata.* Tibiæ *admodum piloſæ.*

Lunaris. 2. Sc. exſcut. (le lunaire) thorace bicorni: intermedio obtuſo bifido, capitis cornu erecto; clypeo emarginato.

* *Scop. carn.* 22. *Gron. zooph.* 453. *

Faun. ſuec. 1. *p.* 341. Scarabæus thorace ſubmutico, capite lunato: corniculo emarginato.

Pet. gaz. t. 83. *f.* 4.

Friſch. inſ. 4. *t.* 7.

Rœſ. inſ. 2. *ſcar.* 1. *t. B. f.* 2.

Poda gr. p. 18. *ſp.* 3.

Enum. 1.

Miiller. lin. naturſ. cl. V. p. 56.

Geoff. copriſ. 1.

De Geer. le lunaire.

Voet. ſcar. t. 25. *f.* 24. 25.
t. 26. *f.* 26.

Schæff. icon. t. 63. *f.* 2. 3. ♂ ♀

Hab. in Europa. In Galliæ ſtercoratis.

Sexus varietas Thorace retuſo lævi abſque corniculis thoracinis, quare difficilius primum dignoſcitur. Omnibus Thorax linea exaratus. Clypeus lunaris, emarginatus tantum.

Deſc. facies ſcarabæi ſtercorarii: *caput* tegitur clypeo lunato, magno, margine elevato, antice emarginato, in cujus medio *corniculum* breve emarginatum.

Thorax gibbus, lævis, in medio margine acuto prominulo, longitudinaliter linea exaratur; elytra lævia, ſingula 7. f. 8. ſulcis minus profundis. (*Faun.* 379.)
Obſ. variat raro colore Caſtaneo V.

Cylindricus. 3. Sc. ſcut. (le cylindrique) tab. I. f. I. thorace antice truncato quinquedentato, capite antice cornu erecto, corpore cylindrico. *
De Geer. ſcar.
Fab. 29.
Voet. ſcar. t. 20. *f.* 131.
Schæff. icon. t. 201. *f.* I. 2. *an*?
Hab. in Europa. In montibus Cebennis ſub cortice Fagi V.
Deſc. niger. parvus cylindricus: cornu ex apice roſtri erectum, antice glabrum, pone villis fulvis hirtum. *Thorax* cylindricus, craſſus, ſupra glaber, antice excavato-truncatus, margine quinquedentato, quorum dens intermedius utrinque cavitate diſtinctus. *Scutellum* minutum. *Elytra* ſulcata punctis excavatis ſcabra. *Faun.* 380.
Obſ. cornu fœminæ brevius V.

Mobilicornis. 4. Sc. ſcut. (à corne mobile) thorace quadri-dentato, capitis cornu recurvo mobili. *Fab.* 38.
Hab. Herfordiæ Anglorum: prope Lugdunum, lectus in arenoſis V.
Deſc. elytra-ſtriato-punctata. Scar. typhæo triplo minor V.

** *Thorace inermi, capite cornuto. t.* I. *f.* 2.

Naſicornis. 5. Sc. ſcut. (le nazicorne) thorace prominentia triplici, capitis cornu incurvato, antennis heptaphyllis. *Scop. carn.* 14.

Mouff. inf. 53.
Imperat. nat. 924. *f.* 1. 2. & 125. *f.* 3. 4.
Hœffn. pict. t. 13. *f. antepenult.*
Olear. muf. 27. *t.* 16. *f.* 4.
Jacob. muf. 1. *S.* 5.
Jonft. inf. t. 15. *f.* 2.
Swammerd. bibl. t. 27. *f.* 1. 2.
Ræf. inf. 2. *fcar.* 1. *t.* 7. *f.* 8. 10.
De Geer. 1.
Geoff. 1.
Fab. 33.
Enum. 2.
Drury. t. 34. *f.* 7. 8.
Voet. t. 18. *f.* 120. 121.
Hab. in Europæ vaporariis. In Gallia.
Fœmina thorace rotundato, vix retufo, minime cornuto.
Defc. fimillimus fcar. monoceroti, fed abfque thoracis concavitate longitudinali. Pedum anteriorum dentes obtufi, excepto primo. *Faun.* 378.
Obf. Feminæ cornu deeft, fed ejus loco gibbus cum denticulo in apice; defunt quoque thoracis tubercula; adeft eorum loco ruga elevata tranfverfa. *Schrank* antennis 3-phyllis. *De Geer.*

Sacer. 6. Sc. exfc. (le facré) clypeo fexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis pofticis ciliatis, vertice fubbidentato. *Muf. Lud. Ulr.* 13. * *Amœn. acad.* 6. *t.* 3. *f.* 170.
Osbeck. iter. 51. Scarabæus lævis, thorace inermi, capite antice fexdentato.
Læfl. it. 20. Scarabæus pilularius niger, clypeo antice ferrato, elytris nebulofe maculatis fubmollibus planiufculis.
De Geer. inf. 7. 36.
Voet. fcar. t. 27. *f.* 39. 40.
Petiv. gazop. t. 42.
Sulz. hift. inf. t. 1. *f.* 3.

Fab. 139.
Hab. in Ægypto, Mauritania, Italia, Hifpania, in Gallia Auftrali paulo minor. V.
Cornuum rudimenta in mare.. Thoracis latera margine obfolete crenulata & ciliata. Femora poftica fæpius dente obtufo notata. Iter oculos puncta 2 prominula.
Hic in columnis antiquis Romæ exfculptus ab Ægyptiis.

Hifpanus. 7. Sc. exfc. (l'Efpagnol) thorace mutico, clypeo cornuto emarginato, elytris ftriatis, femoribus fecundis remotiffimis. *Muf. Lud. Ulr.* 12. *
Pet. gaz. 13 *t.* 8. *f.* 4. Rhinoceros lufitanicus niger fplendens, vaginis ftriatis.
Ræf. inf. fcar. 1. *t. B. f.* 2?
Fab. 130.
Hab. in Hifpania, Lufitania, Barbaria, in Gallia Auftrali. V.
Simillimus S. lunari, fed major; Thorax tranfverfe retufus abfque finubus, nec linea exaratus. Clypei emarginatura convenit, qua ambo differunt a S. Moloffo.

Granarius. 8. S. fcut. (des grains) niger, thorace inermi: clypeo tuberculato, elytris fubftriatis margine poftico teftaceis.
Fab. 70.
Hab. in Europa. In Gallia V.
Defc. magnitudino feminis tritici. Clypeus tuberculo folitario.
Obf. 1. *Elytra* interdum ultra dimidium teftacea F.
Obf. 2. Scar. hæmorrhoidalis varietas, tefte F. Sed rite?
Magnitudo Seminis Tritici. Clypeus tuberculo folitario.

Nuchicornis. 9. S. exfc. (à nuque épineufe) thorace

inermi rotundato occipite ſpina erecta armato. *

It. gotl. 41. Scarabæus capite thoraceque atro opaco, elytris cinereis nigro nebuloſis.

Raj. inſ. 108. *n.* 12.

Schæff. 1758. *t.* 3. *f.* 9 - - 15.

Rœſ. inſ. ſcar. t. A. f. 4.

Gron. zooph. 454.

De Geer. 9.

Geoff. le petit bouſier noir cornu.

Poda gr. p. 18. *ſp.* 2.

Fab. 132.

Enum. 3.

Schæff. icon. t. 96. *f.* 1.-*t.* 33.-*f.* 45. *t.* 96. *f.* 1.

Hab. in Europa. Ubique in Gallia in Stercoribus V.

Fœmina tantum a tergo cornuta, mas muticus.

Deſc. ſimillimus ſcar. bovino, ſed elytra ſubferruginea punctis nigris irrorata. *Scutellum* nullum. *Faun.* 381.

Obſ. Thorax & caput ſemper nigro ænea, punctis impreſſis copioſis ad lentem conſperſa. *Schrank.*

Vacca. 10. Sc. exſc. (la vache) thorace inermi, retuſo occipite ſpina gemina erecta.

Fab. 126.

Schæff. inſ. t. 73. *f.* 4. 5. ♂ ♀

Schroet. miſcell. 1. *t.* 3. *f.* 5.

Hab. in Gallia Auſtrali *D. Gouan.* prope nemau ſum V.

Simillimus S. nuchicorni Thorace æneo, Elytris fuſcis : atomis fuſcis ; ſed differt Thorace *antice retuſo : medio prominulo ſubemarginato ; Capitis occipite non* ſpina *unica longua, ſed* 2 *brevibus, erectis, nonnihil diſtantibus.*

Taurus. 11. S. exsc. (le Taureau) thorace inermi occipite cornibus binis reclinatis.
Scop. carn. 25. Scarabæus illyricus.
Schæff. scar. 1758. *t.* 3. *f.* 7. 8.
Schreber inf. 1. *f.* 6. 6. 7. Scarabæus *Taurus* capite cornibus duobus lunatis lateralibus.
Schæff. icon. 73. *f.* 2. 3.
Ovinus raj. inf. 103. 2.
Geoff. le bousier à cornes retroussées.
Voet. scar. t. 24. *f.* 16.
Fab. 125.
Sultz. hist. inf. t. 1. *f.* 3.
Hab. in Germania *Schæff. Schreber.* In Gallia Australi *Gouan.* & alibi.
Simillimus S. nuchicorni, sed Spinæ f. Cornua *filiformia, distantia, arcuata, thoraci fere incumbentia.*

Bison. 12. S. exsc. (le Bison) *t.* 1. *fig.* 2. thorace antice mucronato, vertice capitis cornibus binis lunaribus.
Fab. 115.
Hab. in Gallia Australi *D. Gouan.* In Hispania. Prope Lugdunum V.
Corpus *atrum, S. stercorario minus.* Caput *semi-ovale, margine levato fasciolaque elevata, cui incident cornua 2 distantia, incurva, erectiuscula, capite longiora.* Thorax *lævis, anticis valde retusus, supra antrorsum exiens in mucronem obtusiusculum, longitudine capitis, ad scutelli locum in thorace puncta 2 impressa.* Elytra *striata, fere breviora* Abdomine, *subtus ferrugineo-pubescente.* Antennæ *clava ferruginea*
Obs. Thorax postice punctis duobus impressis : Fœminæ thoracis margine antico carinato, elevato, mucroneque capitis parvo distincto F.

Subterraneus.

Subterraneus. 13. S. exsc. (le souterrein) thorace inermi glabro, capite tuberculis tribus, elytris striis crenatis. *
Gadd. satag. 76. Scarabæus niger, capitis clypeo lunato tribus tuberculis notato.
Sultz. ins. t. 1. *f.* 2.
De Geer. 12.
Enum. 7. inter muticos.
Fab. 58.
Müll. Lin. Natursf. cl. V. p. 66.
Hab. in Europa. In fimetis Galliæ frequens V.
Desc. parvus, niger; clypeus obtusissimus. *Thorax* punctis rarioribus adspersus. *Elytra* striata striis singularibus excavato-punctatis. *Faun.* 382.
Obs. affinis scar. fossori, at multo minor F.

Erraticus. 14. S. scut. (l'Errant) thorace inermi lævi, capite tuberculo unico, elytris testaceis. *
De Geer. 15.
Fab. 66.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 9.
Hab. in Europa, forte & in India. In Galliæ viis V.
Desc. Thorax convexus, lævis, uti totum corpus nigrum elytra testacea. *Faun.* 383.

Fossor. 15. S. scut. (le Fossoyeur) thorace inermi subretuso, capite tuberculis tribus: medio subcornuto. *
De Geer. 8.
Geoff. la tête armée.
Voet. scar. t. 21. *f.* 141.
Fab. 59.
Hab. in Europæ collibus. In Gallia.
Schæff. icon. 144. n°. 7. an?
Desc. Corpus odore moschi, totum atrum, glabrum, læve, nitidum. *Elytra* oblonga, concolorata, striata, sed vix conspicua.

Antennæ lamellatæ. *Alæ* fuſcæ. *Thorax* valde convexus. *Faun.* 384.
Obſ. in capite tria tubercula tranſverſe poſita.

Fimetarius. 16. S. ſcut. (des fumiers) thorace inermi, capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro. *Scop. carn.* 20. 21.
Faun. ſuec. 1. *p.* 355. Scarabæus capite thoraceque nigro, antennis elytriſque rubris.
Schæff. 1758. *t.* 3. *f.* 17. 18. 19.
Friſch. inſ. 4. *t.* 19. *f.* 3.
Rœſ. inſ. 2. *ſcarab. t. A. f.* 3.
β. Scarabæus capite thoraceque nigro glabro, elytris griſeis, pedibus pallidis. *It. œl.* 41.
Uddm. diſſ. n. 2.
Schæff. t. 144. *f.* 68.
Geoff. 18.
De Geer. 10.
Fab. 64.
Enum. 4.
Voet. ſcar. t. 21 *f.* 147.
Müll. Lin. Naturſ. cl. V. p. 67.
Hab. in Europæ ſtercoratis. In Gallia.
Deſc. Caput nigrum, clypeatum, ſubrotundum. *Thorax* niger marginatus, lateribus pallidis. *Elytra* griſea aut rubra ſtriis ſingula notata. *Pedes* griſeo-pallidi. *Faun.* 389.
Obſ. 1. Variat magnitudine & colore.
Obſ. 2. n°. 11. De Geer. non ſynonimus, ut larvis apparet V.
Obſ. 3. Sexus alter tuberculis caret.

Hæmorrhoidalis. 17. S. ſcut. (l'hémorrhoïdal) thorace inermi, capite tuberculato, elytris apice rubris.
Faun. ſuec. 1. *p.* 358. Scarabæus ater, elytris poſtice ferrugineis, pedibus rufis.

De Geer. 17.
Enum. 8.
Hab. in Europæ fungis & putridis. In Gallia A. V.
Desc. magnitudine feminis milii ; *totus* ater, lævis. *Elytra* ftriis excavatis poftice verfus marginem rufefcentia. *Pedes* & *Femora* obfcure rufa. *Faun.* 386.
Obf. 1. Tuberculis capitis vix vifibilibus.
Obf. 2. An fcar. Granarii varietas, ut putat D. Fabr. an fpecies diftincta ? V.

Salicis. 83. C. (du ſaule) longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, elytris atris : faſciis duabus albis.*
Fab. 125.
De Geer, 51.
Geoff. altiſe bleue.
Hab. in ſalicis floribus.
Deſc. Corpus magnitudine pulicis majoris, atrum. *Elytra* faſcia latiore alba, undata, ad baſin & alia in medio lineari tranſverſa. Salit agiliſſime ut pulex. *Faun.* 610.

Fagi. 84. C. (du hêtre) longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, corpore atro, femoribus pallidis. * *It. ſcan.* 111. *Scop. carn.* 73.
Fab. 127.
Hab. in fagi foliis. In Gallia.
Deſc. Elytra atra ſtriata, minime cærulescentia. *Femora* ſæpe & tibiæ pallida ſ. exalbido flava. *Antennæ* nigræ, infimo articulo pallido, vix reliquis longiore. *Caput* & *Thorax* punctis excavatis. *Faun.* 609.

Segetis. 85. C. (des épis) longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, corpore piceo, elytris oblongis. *
De Geer, 50.
Hab. in agris ſuper ſpicas. In Gallia. V.
Deſc. Magnitudine majoris pediculi, cylindricus, oblongus, rufo-niger ſ. piceus : *Elytris* ſtriatis; *Thorace* oblongo cum capite longitudine corporis : *Femora* omnia clavata cum pedibus obſcure ferruginea. *Faun.* 611.

Ex Enum.

Rufus. 86. C. (le roux) ſaltatorius rufus : oculis, pectore abdomineque nigris.

Hab. in corylo.
Obſ. Femora dentata, poſtice craſſiora.

Ex ſpec. D. Fab.

Piloſus. 87. C. (le velu) pedibus ſaltatoriis niger cinereo-variegatus. t. 1. f. 21.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

*** *Longiroſtres, femoribus dentatis.*

Pomorum. 88. C. (des pommiers) longiroſtris, femoribus anticis dentatis, corpore griſeo-nebuloſo. *
Friſch. inſ. 1. *p.* 32. *t.* 8. curculio in floribus arborum.
Fab. 115.
Hab. in floribus pomonæ. In Gallia.
Deſc. Pediculo paullo major. *Totus* nebuloſus ſ. griſeo-cinereus, faſcia duplici tranſverſa ſupra elytra, quarum antica ad angulum rectum. In medio, ad juncturas ſuturarum, pone coit, & alia faſcia fuſca poſterior magis tranſverſa; ad apicem thoracis a tergo punctum album. *Antennæ pedeſque* ſubfuſci: in femoris primis paris latere interiore verſus apicem *denticulus* robuſtus, qua nota manifeſte differt ab aliis. *Faun.* 612.

Ovalis. 89. C. (l'ovale) longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore ovato nigro albo-maculato.
Hab. in Europa.

Carbonarius. 90. C. (le charbonnier) longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore nigro oblongo, elytris ſtriatis. * *Scop. carn.* 79.
Hab. in Europa. *D. Solander.* In Gallia. V.

Desc. Corpus totum atrum. *Antennæ* apice ſubpiloſæ. *Thorax* punctis confertis, excavatis, opacis. *Elytra* profunde ſtriata. *Magnitudo* fere curc. abietis. *Faun.* 614.

Abietis. 91. C. (du ſapin) longiroſtris, elytris fuſcis: faſciis duabus linearibus interruptis griſeis, femoribus dentatis. *

It. œl. 26. curculio ſubfuſcus.

Pet. gaz. 14. *t.* 8. *f.* 9. curculio Norwegicus.

Enum. 211.

Geoff. charenſon tigré.

De Geer, 1.

Schæff. icon. t. 25. *f.* 1.

Fab. 84.

Hab. in Pini ſilveſtris cortice & reſina. Similis curc. pini ſed dimidio major.

Deſc. Verſus anum valde gibbum eſt abdomen a tergo. Animalculum *totum* e griſeo-nigrum; totum corpus, roſtrum, thorax, elytra & pedes punctis minutiſſimis contiguis excavatis. Signaturæ aliquæ teſtaceæ in thorace ex villis tenuiſſimis; ſimiles etiam in formam faſciarum duarum tranſverſarum linearum, quarum quæ thoraci propior ad ſuturam elytrorum interrupta eſt: *antennarum* apices flaveſcunt. Simillimus curc. pini ſed major, nec faſciæ elytrorum adeo regulares, ſed magis huic confuſæ. *Faun.* 589.

Larva rete ſubgloboſum in foliis texit; intra quod mutatur.

Germanus. 92. C. (l'Allemand) longiroſtris, femoribus ſubdentatis, corpore, ovato, nigro; punctis teſtaceis adſperſo.

Geoff. charenſon à corcelet couronné.

Enum. 210.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 231.
Frisch. inf. 13. 28. *t.* 26.
Scop. ann. hist. nat. 5. 91. 44.
Sulz. inf. 39. *t.* 4. *f.* 8.
Schæff. icon. t. 25. *f.* 2.
Fab. 54.
Hab. in Germania. *P. Forskahl.* In Gallia.
Inter maximos Europæos. Rostrum *crassiusculum.* Thorax *subrotundus utrinque punctis* 3 *ferrugineis.* Coleoptra *abdomen tegentia, ovata, nigra, punctis ferrugineis adspersa.* Femora *postica obsoletius dentata; anteriora* 4 *mutica cum rudimento dentis.* Similis *curc. pini.*

Nucum. 93. C. (des noisettes) longirostris, femoribus dentatis, corpore griseo longitudine rostri. * *Scop. carn.* 105.
Uddm. diss. 24. curculio ovatus griseus, rostro filiformi longitudine corporis.
Sulz. inf. t. 3. *f.* 22.
Poda inf. t. 1. *f.* 3.
Rœs. inf. supp. 385. *t.* 67. *f.* 5. 6.
Geoff. charenson-trompette.
Enum. 215.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 232.
De Geer, 42.
Schæff. elem. t. 55. *f.* 1.
—— *icon. t.* 50. *f.* 4.
Hab. in nucibus coryli avellanæ.
Rostrum ante antennas sanguineum. Scutellum cordatum, album.
Desc. Statura curc. pini sed minor. *Rostrum* filiforme, tenuissimum, inflexum, rubrum, longitudine totius corporis. *Femora* omnia apice introrsum denticulo instructa, sed primora majore. *Faun.* 616.
Obs. Larva sine pedibus. *De Geer.*

Rumicis. 94. C. (de la patience) longiroſtris griſeus, nigro-nebuloſus oblongus, pedibus dentatis, antennis ſubfuſcis.

De Geer, 20.

Hab. in rumicibus lapathis, folia, ſubtus exedendo, commaculans.

Deſc. Mediæ magnitudinis; roſtrum fere longitudine thoracis. Coleoptera ſubacuminata; denticulus nullus in femore anteriore, licet craſſiore. *Faun.* 590.

Larva ſupra fuſca: ſubtus flava, demtis tribus primis ſegmentis corporis.

Scrophulariæ. 95. C. (de la ſcrophulaire) longiroſtris ſubgloboſus, coleoptris maculis duabus atris dorſalibus. *

Faun. ſuec. 1. *n.* 460. curc. punctis 2 nigris, thorace exalbido.

Geoff. pariſ. 1. *p.* 296. *n.* 44. Idem.

Liſt. loqu. 395. ſcarabæus exiguus cinereus, duabus maculis nigris.

Reaum. inſ. 3. *t.* 2. *f.* 12.

Faun. Fridr. 99.

De Geer, 20.

Fab. 95.

Enum. 215.

Mull. Lin. Nat. cl. V. *part.* 1. *p.* 233.

Hab. in ſcrophulariis larva, pericarpia exedens, ſuoſque folliculos ſubſtituens; in verbaſco pallidior. In urtica.

Deſc. Roſtrum nigricans, thorace longius, quod terrefactus ſub ventrem maxime inflectit. *Thorax* exalbidus, pilis cinereis veſtitus, cum maculis duabus atris a tergo. *Elytra* glabra, ſulcata, cinereo-teſtacea; ſingula ſtriis quinque, interjacentibus lineis elevatis nigris, albis punctis; in medio dorſo, clauſis elytris, inque ipſa ſutura, punctum atrum cum puncto

N iij

albo adnexo a parte poſtica ; pone hoc punctum, aliud punctum nigrum in ipſa ſutura coleopterorum verſus anum albedine cinctum ; *antennarum* infimus articulus longus. *Pedes* nigri ; plantæ ferrugineæ. *Faun.* 603.

Larva livida, gelatina tota oblita limacis inſtar, *capite* nigro.

Druparum. 96. C. (des baies) longiroſtris, femoribus dentatis, roſtro rubro, elytris teſtaceis obſolete faſciatis.
Syſt. nat. 10. *p.* 383. *n.* 54. curc. rectiroſtris.
Sulz. inſ. t. 3. *f.* 21.
De Geer, 7.
Geoff. charenſon-damier.
Fab. 113.
Schæff. icon. t. 1. *f.* 11. *a. b.*
Hab. in ceraſi padi nucleis.

Violaceus. 97. C. (le violet) longiroſtris violaceus, femoribus dentatis, proboſcide thoracis longitudine. *
De Geer, 5.
Geoff. becmare bleu à poil.
Fab. 105.
Hab. in pino, frequens ſuper turiones. In Gallia. V.
Deſc. Mediæ magnitudinis ; punctis excavatis ſtriatus. *Faun.* 579.

5. Punctatus. 98. C. (les cinq points) longiroſtris, femoribus dentatis, elytris ſutura alba maculiſque duabus. *
Fab. 97.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Corpus magnitudine pediculi, ferrugineum abdomine albo. *Thorax* ad apicem puncto albo. *Elytrorum* ſutura longitudinalis alba : punctum album in ſingulo elytro ad angulum anteriorem

& aliud in medio elytri verſus apicem. *Faun.* 618.

Hiſpidus. 99. C. (le hériſſé) longiroſtris, femoribus dentatis, corpore ſulcato adſperſo ſquamis erectis. *
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Corpus magnitudine pediculi, griſeum. *Roſtrum* rubrum. *Thoracis* tergum fuſcum. *Elytra* profunde ſulcata, hiſpida ſquamis erectis : faſcia albida lineari undata in medio. *Femora* omnia dentata, craſſa, longa. *Faun.* 619.

Pedicularius. 100. C. (le pédiculaire) longiroſtris, femoribus dentatis, corpore rubro, elytris albido-ſubſaſciatis. *
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Magnitudo dupla pediculi. *Roſtrum* rubrum, rectum, longitudine fere corporis. *Elytra* griſea, obſolete faſciata. *Femora* omnia dentata. *Faun.* 620.

Tortrix. 101. C. (le rouleur) longiroſtris, femoribus dentatis, corpore teſtaceo, pectore fuſco. *
Fab. 116.
Geoff. charenſon couleur de rouille.
De Geer, 6.
Hab. in populi tremulæ foliis, quæ contorquet. In Gallia. V.
Deſc. Caput oblongum, ſubcylindricum, teſtaceum ſ. triſte flaveſcens. *Pectus* inter femora duo poſtrema, nigricans. *Elytra* ſubtiliſſime ſtriata. *Femora* omnia dentata. *Faun.* 622.

Ex ſpec. D. Fab.

Caliginoſus. 102. C. (l'obſcur) longiroſtris, elytrorum ſtriis punctatis approximatis.

Hab. in Anglia rarius. *Muſ. Brit.* In Gallia. V.

Didymus. 103. C. (les deux points) longiroſtris, femoribus dentatis ſupra fuſcis, elytris ſtriatis, maſcula tranſverſali alba.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Trimaculatus. 104. C. (les trois taches) longiroſtris, coleoptris nigris, maculis tribus cinereis, poſtica communi lunata.
Hab. in Alſatia. *D. Hermann.*
Femora fuſca annulo albo.

Litura. 105. C. (la ligne noire) longiroſtris albo nigroque varius, roſtro vario.
Hab. in Europa.

Villoſus. 106. C. (le gris-velu) longiroſtris villoſus, griſeus, ſcutello faſciaque elytrorum poſtica albis.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Ceraſorum. 107. C. (des ceriſiers) longiroſtris fuſcus, ſcutello elytrorumque faſciis obſolete cinereis.
Hab. in Anglia. *D. Lee.* In Gallia. V.
Triplo minor curc. nucum.

Tenuiroſtris. 108. C. (la trompe mince) longiroſtris niger, elytris albo-ſubfaſciatis, antennis rufis.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

Tæniatus. 109. C. (le rubané) longiroſtris, thorace nigro, margine antico poſticoque rufis, elytris pallidis nigro-maculatis.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

Ex Enum.

Danubialis. 110. C. (des iſles du Danube) longiroſtris, elytris cervinis, punctis nigris ſparſis.
Hab. in corticibus arborum in inſulis Danubialibus Viennenſibus. In Gallia Auſt. V.

Alneti. 111. C. (de l'aulne) longiroſtris teſtaceus, oculis roſtrique apice ſolis nigris; thorace obſcuriore.
Hab. in Europa.

Latro. 112. C. (le larron) longiroſtris teſtaceus, oculis antennarumque clava ſolis nigris, thorace obſcuriore.
Simillimus ſequenti; ſolo roſtro diverſus.
Hab. ſub cortice ulmi.

Salicinus. 113. C. (du ſaule) longiroſtris niger, cruce alba.
Hab. in ſalice triandria.

Ex opere. D. de Geer.

Fraxini. 114. C. (du frêne) longiroſtris, antennis fractis, corpore ſubgloboſo griſeo, coleoptris macula magna fuſca dorſali.
Hab. in foliis fraxini.

Ulmi. 115. C. (des boutons de l'orme) longiroſtris, antennis fractis, corpore oblongo rufo-fuſco, elytris macula nigricante, proboſcide nigra.
Hab. in ulmo.

Ex inſ. pariſ. hiſt.

Geographicus. 116. C. (le géographique) longiroſtris ſubgloboſus, nigro-fuſcus, ſquamoſus, lineolis atris variegatis. *t.* I. *f.* 22.

Hab. in echio.

Stellifer. 117. C. (le porte-étoile) longiroſtris fuſcus, elytris ſtriatis macularum albarum faſcia triplici ſerie.
Hab. in Gallia.

Hortulanus. 118. C. (le jardinier) longiroſtris ſubglobofus, cinereus, punctis 2 nigris ſuturæ longitudinalis coleoptrorum.
Hab. in ſcrophularia.
Obſ. An varietas curc. ſcroph. *Lin.* ?

Plebeius. 119. C. (le plébéïen) longiroſtris fuſco-niger, thorace inermi.
Hab. in Gallia.

Scutellatus. 120. C. (l'écuſſoné) longiroſtris fuſcus, ſcutello puncto albo, elytris macula rubeſcente.
Hab. in Gallia.

Virgo. 121. C. (la vierge) longiroſtris villis cinereis adſperſus, roſtro thoraci æquali.
Hab. in floribus.

**** *Breviroſtres, femoribus dentatis.*

Liguſtici. 122. C. (de la liveche) breviroſtris, femoribus ſubdentatis, abdomine ſubovato murino. *
Schæff. icon. t. 2. *f.* 12.
Fab. 209.
De Geer, 10.
Geoff. charenſon gris à étuis réunis & chagrinés.
Hab. in liguſtico leviſtico.
Deſc. Corpus majuſculum, cinereum, ſ. fuſco longitudinaliter maculatum. *Abdomen* magis ſupra convexum & ova-

tum quam in reliquis. *Femora* clavata mucrone obſoleto. *Faun.* 621.

Ovatus. 123. C. (l'ovale) breviroſtris, femoribus dentatis, abdomine ovato nigro, pedibus antenniſque rufis. *

Scop. 18.

Enum. 226.

De Geer, 11.

Fab. 221.

Hab. in Europa. In Galliæ pomona. V.

Deſc. Magnitudine dupla pediculi. *Antennæ* & *Tibiæ* fere piceæ ſ. obſcure rufæ. *Thorax* convexus. *Abdomen* ovatum & valde convexum. *Faun.* 626.

Cervinus. 124. C. (le ponctué de noir) breviroſtris, femoribus dentatis, antennis baſi rufeſcentibus. *

Fab. 160. inter curc. brev. femoribus muticis.

De Geer, 13.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Deſc. Magnitudo curc. ovati ſed non gibbus, colore ſordodo cinere. *Antennæ* ferrugineæ capitulo nigro. *Elytra* adparent quaſi adſperſa punctis nigris obſoletis. *Faun.* 627.

Oblongus. 125. C. (l'alongé) breviroſtris oblongus, femoribus dentatis, antennis, elytris pedibuſque ferrugineis.

Geoff. charenſon à étuis fauves.

Scop. 95.

Enum. 224.

Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 235.

Fab. 220.

Hab. in Europa. In pruno Galliæ. V.

Deſc. Magnitudo curc. ovati. *Corpus* nigrum. *Antennæ* & *Pedes* teſtacei.

Femora omnia dentata. *Elytra* livido-ferruginea, margine laterali inflexo nigra. *Faun.* 625.

Pyri. 126. C. (du poirier) breviroſtris, femoribus dentatis, æneo-fuſcus. *

It. ſcan. 355. curculio viridis opacus; pedibus antenniſque magis fuſcis.

Fab. 217.

De Geer, 34.

Schæff. icon. t. 2. *f.* 11.

Sulz. inſ. t. 3. *f.* 23.

Geoff. charenſon à écailles vertes & pattes fauves.

Hab. in pyri foliis larva; in corollis declaratus.

Variat pedibus, aliis rubris, aliis nigris.

Deſc. Roſtrum depreſſum, capite ipſo fere brevius. *Caput* & *Thorax* punctis minutiſſimis inæqualia. *Elytra* oblonga, ſtriis ſeptem profunde excavata, interjectis ſtriis (fere elevatis) crenatis. Capiti, thoraci & elytris (quæ omnia nigra), inſidet pilus vix conſpicuus aureo-igneus. *Pedes* & *Antennæ* ruſeſcentes, infimo articulo longiſſimo. *Femina* marito duplo major, minus fuſca, magis nitens. *Faun.* 623.

Obſ. Femora mutica ſunt. *Teſte D. de Geer.*

Argentatus. 127. C. (l'argenté) breviroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi-argenteo. * *t.* 1. *f.* 23. *Scop. carn.* 91.

Faun. ſuec. 459. curculio femoribus omnibus denticulo notatis, corpore viridi-oblongo.

Fab. 218.

Sulz. inſ. t. 4. *f.* 9.

De Geer, 12.

Geoff. charenſon à écailles vertes.

Enum. 223.
Hab. in Europæ urtica, betula, corylo. Affinis valde curc. pyri.
Desc. Mediæ magnitudinis. *Corpore* oblongo viridi-nitente. *Rostro*, *thoracis* longitudine. *Coleopteris* pone acutiusculis. *Faun.* 624.
Obs. Variat colore viridi viridi-cærulescenti femoribusque anticis clavatis.

Ex spec. D. Fab.

Nubilus. 128. C. (le marié) brevirostris griseus, elytris punctis obscurioribus numerosis.
Hab. Hamburgi. *De Schulz.*
Obs. Femora postica annulo albo.

Nigrita. 129. C. (le negre) brevirostris niger, obscurus, thorace scabro, elytris crenato-striatis.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.*

Sulcatus. 130. C. (le sillonné) brevirostris ater, elytris striatis ferrugineo-maculatis
Hab. in Saxoniæ nemoribus. In Gallia. V.

Gemmatus. 131. C. (le perlé) brevirostris ater, elytris punctis viridibus.
Scop. 90.
Hab. in Europa.

Picipes. 132. C. (le variolé) brevirostris griseus, elytris nebulosis, femoribus rufis.
Hab. in Kiliæ plantis. *D. Lund.* In Gallia. V.

Morio. 133. C. (le morio) brevirostris ater nitens, elytris glabris.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

2. Sulcatus. 134. C. (les deux fillons) breviroftris niger ; coleoptrorum limbo cinereo, roftro bifulcato.
Hab. in Europa.

Ex Enum.

Fullo. 135. C. (le foulon) breviroftris, femoribus omnibus dentatis, elytris nigris albo-punctatis.
Hab. in variis plantis ; arbores præfertim amat. In Gallia Auft. V.

Apterus. 136. C. (l'aptere) breviroftris cinereus apterus, elytris punctis nigris in lineis albidis difpofitis.
Hab. Lincii, Viennæ.

Religiofus. 137. C. (le religieux) breviroftris ater nitens, elytris albo-maculatis.
Hab. in Oettfcher monte ad cellas marianas.

Ex op. D. de Geer.

Grifeo-punctatus. 138. C. (les points gris) breviroftris, antennis longis, fractis, corpore oblongo nigro : punctis flavefcentibus fparfis.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Obf. Similis curc. atro-apt. at femora dentata funt.

Ex hift. parif. D. Geoff. & entom. parif.

Scabrofus. 139. C. (le raboteux) breviroftris niger nitidus, elytris ftriatis rugofis.
Hab. in Gallia.

Contractus. 140. C. (le levrier) breviroftris oblongus, totus niger, thorace punctato, elytris ftriato-punctatis.
Hab. in Gallia.

Fuſcipes. 141. C. (les pattes brunes) breviroſtris niger ſtriatus, pedibus fuſcis.
Hab. in Gallia.

Rugoſiſſimus. 142. C. (la cartiſanne) breviroſtris fuſcus, apterus, elytris rugoſo-ſtriatis.
Hab. in Gallia.

Querneus. 143. C. (du chêne) breviroſtris oblongus, niger, elytris pedibuſque fuſcis.
Hab. In Galliæ quercubus.

Villoſus. 144. C. (le velouté) breviroſtris obſcure rufus, villis cinereis aſperſus, roſtro thorace breviore.
Hab. in Gallia.

***** *Breviroſtres, femoribus muticis.*

Viridis. 145. C. (le verd) breviroſtris, femoribus muticis, corpore viridi ſupra obſcuro, ſubtus flavidiore. *
Sulz. inſ. t. 3. *f.* 24.
Enum. 233.
Fab. 139.
De Geer, 45.
Schæff. elem. t. 108.
— *icon. t.* 53. *f.* 6.
Hab. in Europa. In Galliæ pomona. V.
Deſc. Magnitudo & ſtatura curc. pyri, ſupra totus e viridi fuſcus, ſubtus e flavo viridis, quo colore etiam latera elytrorum lucent. *Antennæ* & *Pedes* nigri. *Syſt. nat.*

Ruficornis. 146. C. (les antennes rouſſes) breviroſtris, femoribus muticis, corpore atro, thorace bituberculato, antennis rubris. *
Fab. 162.
Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Corpus magnitudine pulicis, pulvere cinereo adſperſus, qui facile abſtergitur. *Antennæ* clavatæ, rufæ, uti tibiæ & pedes. *Faun.* 636.

Albinus. 147. C. (le barbouilleur) breviroſtris niger, fronte anoque albis, thorace tuberculato. * *Scop. carn.* 66.

Uddm. diſſ. 27. curculio niger, aculeis thoracis tribus, elytrorum ſex.

Fab. 180.

De Geer, 44.

Hab. in Europa. In Gallia V.

Color fere curculionis lapathi.

Desc. Roſtrum breviuſculum, planum, ſupra lacteum. *Thorax* a tergo tuberculis tribus mucronatis, tranſverſis. *Elytra* griſeo-fuſca punctis nonnullis mucronatis, apice lacteo. *Pedes* & *Antennæ* albis & nigricantibus; hæ longitudine corporis. *Faun.* 632.

Lineatus. 148. C. (le rayé) breviroſtris griſeus, thorace ſtriis tribus pallidioribus. *

Fab. 155.

Geoff. charenſon à corcelet rayé.

De Geer, 35.

Schæff. icon. t. 103. *f.* 8.

Enum. 242.

Hab. in Europa. In Gallia.

Desc. Pediculo duplo major. *Corpus* totum griſeum. *Antennarum* infimus articulus rufeſcens. *Thorax* lateribus & dorſo niger, intra quam nigredinem color griſeus ſtriarum inſtar ducitur, unica linea in tergo, & dein unica in utroque latere, hinc *thorax* quaſi fuſcus lineis tribus longitudinalibus pallidis, ſ. cinereis exaratus. *Oculi* nigri. *Elytra* cinerea, ſingula ſtriis 4 exarata.

Roſtrum

Rostrum breve, extra antennas brevissimum & fere nullum. *Faun.* 630.
Obs. Dantur plurimi curc. lineati ad eamdem speciem non referendi. *Lin. Geoff.* non citavit & jure; nam differunt numero striarum, longitudine rostri corporisque magnitudine. *Dr. Schrank* optime observavit in enumeratione curculionem lineatum *Linnæi* non esse curc. *à corcelet rayé. Geoff.* huncque descripsit sub nomine *curc. cinerei.*

Incanus. 149. C. (le vieux) brevirostris cinereus oblongus, elytris obtusiusculis. *
List. loqu. 394. *n.* 30.
Geoff. charenson gris-strié & sans ailes,
Fab. 147.
De Geer, 28.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Oblongus ater, sed tenuissimis pilis undique adspersus; hinc cinereus ad nigredinem vergens. *Elytra* oblonga, non acuta, striis ad summum octo punctato-concavis. *Pedes* elytris concolores. *Antennæ* versus basin rufescunt, infimo articulo longissimo. *Faun.* 631.

Cloropus. 150. C. (les pieds pâles) brevirostris niger, antennis tibiisque ferrugineis. *
Fab. 163.
Hab. in Europa. In Galliæ plantis. V.
Magnitudo pulicis, parvus & valde oblongus. *Syst. nat.*

Rufipes. 151. C. (les pieds roux) brevirostris cinereus oblongus, pedibus rufis. *
Enum. 236.
Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Curc. incano adeo ſimilis figura, magnitudine & colore, ut pro eodem haberi poſſit, ſed pedes, tibiæ & femora teſtaceo-rubra nuda, nec villis cinereis adſperſa: ungula, ſ. duæ ſquamæ, in omnibus ad exortum ungulum, ſolæ nigræ ſunt. Antennarum infimus articulus longiſſimus. *Faun.* 634.

Nebuloſus. 152. C. (le nébuleux) breviroſtris oblongus canus, elytris faſciis obliquis nigris. *

Faun. ſuec. I. *n.* 448. curculio albo nigroque varius, proboſcide planiuſcula carinata thoracis longitudine.

Friſch. inſ. II. *p.* 22. *t.* 23. *f.* 3.

Geoff. charenſon à trompe ſillonnée.

Fab. 142.

Schæff. icon. t. 25. *f.* 3.

Scop. 68.

Enum. 229.

De Geer, 27. *t.* 5. *p.* 242.

Hab. in Europa. In Gallia.

Desc. Color ex niveo & nigro varie mixtus, quaſi per faſcias obliquas. *Thorax* ſubferrugineus. *Faun.* 635.

Sulciroſtris. 153. C. (la trompe ſillonnée) breviroſtris oblongus cinereus ſubnebuloſus, roſtro triſulcato.

Fab. 142.

De Geer, 16. *tom.* 5. *p.* 240.

Enum. 228.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 238.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Simillimus curc. nebuloſo, at roſtrum dorſo non carinatum, ſed tribus ſulcis parallelis excavatum. Hunc non vidit. *D. Geoff.*

Ater. 154. C. (le charbon) breviroſtris oblongus ater, antennis rufis. *

Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Magnitudo pediculi. *Elytra* tenuissime striata. *Faun.* 637.

Barbarus. 155. C. (de Barbarie) brevirostris ater ; thorace subspinoso, elytris angulo duplici crispato.
Fab. 191.
Hab. in Barbaria. In Gallia. V.
Magnitudo fere scarabæi stercorarii. Corpus *totum aterrimum. Caput, thorax, pectus, pedes punctis excavatis adspersa.* Elytra *coalita vix dehiscunt, ad latera inferiora punctis gibbis adspersa; supra in singulo lineæ duæ elevatæ undulatæ punctis muricatæ.* Thorax *varie excavatus, ad latera quasi spina rotundata utrinque notabilis.*
Mas? *dimidio minor.* Thoracis *rugæ dorsales rectæ, nec undulatæ excurrunt in totidem rugas coleoptrorum, quarum media in sutura communi, laterales in singulo elytro; insuper in elytro ruga exterior undulata, carinata & longior.*

Scabriusculus. 156. C. (le rude) brevirostris, elytris hispidis.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Lin. mantiss.

Singularis. 157. C. (le singulier) subbrevirostris cinereus, elytris striis punctatis : punctis excavatis centro eminentibus.
Hab. in Lusitania.
Desc. Mediæ magnitudinis. *Corpus* cinereum. *Elytra* lævissime striata striis e punctis excavatis; sed singula puncta gerunt in medio punctum cinereum. *Femora* clavata sunt. *Add. syst.*

Carinatus. 158. C. (le carené) ſubbreviroſtris niger; thorace ſubcarinato, elytris angulatis tuberculatis.
Hab. in Luſitania. In Gallia Auſt. V.
Deſc. Similis curc. barbaro, ſed quadruplo minor. *Thorax* inæqualiter excavato-punctatus, rotundatus, dorſo læviſſime carinatus, quo diſtinguitur. *Elytra* tuberculis copioſiſſimis & angulis 2. ſ. 3. *Add. ſyſt.*

Ex ſpec. D. Fab.

Splendidulus. 159. C. (le brillant) breviroſtris viridinitens, coleoptrorum diſco cinereo cupreo nigro-faſciato.
Hab. in Sibiria. *D. Pallas. Muſ. D. Banks.*

Luſitanicus. 160. C. (le Portugais) breviroſtris oblongus ſupra fuſcus, elytris macula alba.
Hab. in Luſitania.

Raucus. 161. C. (le rauque) breviroſtris nigricans, elytris griſeis cinereo-punctatis.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.* In Gallia. V.

Griſeus. 162. C. (le gris) breviroſtris ſupra griſeo-fuſcus, ſubtus cinereus, roſtro canaliculato.
Hab. in Anglia. *D. Lee.*

3. Guttatus. 163. C. (les trois taches) breviroſtris nigricans, elytris griſeis, maculis duabus albis, poſteriori majori communi.
Sulz. inſ. t. 4. f. 11.
Hab. in Anglia. In Gallia. V.

Coryli. 164. C. (du noiſetier) breviroſtris cinereo fuſcoque varius, elytrorum ſutura dimidiata atra.
Hab. in Angliæ corylo.

Lunatus. 165. C. (le croiſſant noir) breviroſtris, coleoptris elevato-ſtriatis, faſcia ſemicirculari maculaque poſtica albis, lunula nigra.
Hab. in Anglia.

Undatus. 166. C. (l'ondé) breviroſtris fuſcus, elytris apice pallidis; ſtriga undata fuſca.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.* In Gallia. V.

Hiſpidulus. 167. C. (le petit hériſſé) breviroſtris fuſcus, thorace cinereo-lineato, elytris hiſpidis, punctis obſcurioribus ſtriatis.
Hab. Kiliæ, in plantis aquaticis. *D. Lund.* In Gallia. V.

Triſtis. 168. C. (le triſte) breviroſtris niger, elytris ſtriatis, cinereis.
Hab. in Anglia, Suecia.

Punctatus. 169. C. (le ponctué) breviroſtris fuſcus, elytris punctis holoſericeis, elevatis margineque flavo.
Hab. in Europa Boreali.

Obſcurus. 170. C. (l'obſcur) breviroſtris ovatus, ferrugineo-fuſcus.
Hab. in Europa Boreali.

Niger. 171. C. (le noir) breviroſtris ovatus, ſcaber, niger, pedibus rufis.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Varioloſus. 172. C. (le variolé) breviroſtris niger,

thorace carinato variolofo; elytris ftriatis.
Hab. in Saxoniæ campis.

Latiroftris. 173. C. (la trompe large) breviroftris, roftro latiffimo plano, elytris apice albis, punctis duobus nigris. *t.* 1. *f.* 24.
Hab. Halæ-Saxonum. In Galliæ montibus alpinis. V.
Obf. Forte curc. albini mera varietas.

Ex Enum.

Vau. 174. C. (l'V.) breviroftris, elytris macula duplici & figura V communi albis.
Hab. Viennæ.

Affinis. 175. C. (l'analogue) breviroftris oblongus niger, elytris cinereo-variis, roftri carina bifurca.
Hab. in Auftria.

Maurus. 176. C. (les ftries-velues) breviroftris niger, thorace elevato-punctato, elytris ftriatis.
Hab. Viennæ.

Auftriacus. 177. C. (l'autrichien) breviroftris apterus, fufcus, thoracis elytrorumque lateribus rufis.
Hab. Lincii.

Hinnulus. 178. C. (l'hybride) breviroftris, elytris pallide fufcis albo-variis, lateribus canis.
Hab. Lincii.

Chryfopterus. 179. C. (le doré) breviroftris niger, elytris cano-variegatis, margine interiore aureo.

Hab. Viennæ.

Aranei-formis. 180. C. (l'araignée) breviroſtris ovatus, ex rubello ferrugineus, elytris ſtriatis.
Hab. Lincii. In Gallia. V.

Linearis. 181. C. (le linéaire) breviroſtris cylindricus, totus teſtaceo-fuſcus, nitidus.
Hab. Lincii.

Ex op. D. de Geer.

Atro-apterus. 182. C. (l'aptere - noir) breviroſtris, antennis fractis, corpore oblongo, nigro, nitido, lævi.
Hab. in Europa.

Griſeo-punctatus. 183. C. (le ponctué de gris) breviroſtris, antennis fractis, corpore ſubgloboſo rufo-fuſco, punctis flavo-griſeis, elytris carinatis.
Hab. in Europa.

Flavipes. 184. C. (les pattes jaunes) breviroſtris, antennis flavis fractis, corpore oblongo, viridi-nitido, pedibus flavis.
Hab. in Europa. In Gallia. V.

Capitatus. 185. C. (la tête large) breviroſtris, antennis fractis fuſcis, capite lato, corpore ſubgloboſo griſeo-cinereo, pedibus fuſcis.
Hab. in Europa. In Gallia. V.

Tereti-collis. 186. C. (la tête cylindrique) breviroſtris, antennis fractis pedibuſque rufis, capite cylindrico, corpore oblongo griſeo-cinereo.
Hab. in Europa. In Gallia. V.

Ex hist. inf. parif. Entom. que parif.

Pictus. 187. C. (le coloré) breviroftris fufcus fulvo-maculatus, elytris ftriatis, ftriis alternatim nigro-maculatis.
Hab. in locis aridis Galliæ.

Fafciatus. 188. C. (le fafcié) breviroftris nigro-fufcus, thorace utrinque fafcia longitudinali, elytris duplici fafcia tranfverfa cinerea.
Hab. in Galliæ carduis.

Fafciolatus. 189. C. (le ftrié) breviroftris, thorace tribus ftriis pallidioribus.
Enum. 231.
Hab. in arboribus fepium.

Spinifer. 190. C. (le porte-épine) breviroftris totus fufcus, fpinofus, elytris ftriis elevatis villofo-fpinofis.
Enum. 239. *an ?*
Hab. in Gallia.

Ex noft. Muf.

Aurifer. 191. C. (le porte-or) breviroftris fufcus, elytrorum margine exteriori aurato, lineolaque aurata ad bafin.
Hab. in Gallia Auft.

S. 192. C. (l'S) breviroftris, thorace lineato, linea litteræ. *S* fimili ornato.
Hab. in Gallia Auft.

Pulverulentus. 193. C. (le poudreux) breviroftris niger, fæpe polline plantarum tectus.
Hab. in Gallia Auft.

Inæqualis. 194. C. (l'inégal) breviroftris, ftriis elytrorum inæqualibus.

Hab. in Gallia Auft.
Obf. Curc. afcanio fimilis fed breviroftris ftriifque elytrorum inæqualibus.

Tamarifci. 195. C. (du tamarifc) breviroftris viridi-auratus, elytris quatuor fafciis longitudinalibus. *t.* 1. *f.* 25.
Hab. in tamarifco Galliæ Auft.
Variat fafciis conniventibus vel feparatis. Totum animalculum infra viridi-auratum eft.

GENUS XV.

ATTELABUS. *Capút* poftice attenuatum, inclinatum.
Antennæ apicem verfus craffiores.

Coryli. 1. A. (du noifetier) niger, elytris rubris. *
Amœn. acad. 5. *t.* 3. *f.* 171.
Scop. carn. 71. curculio collaris.
It. œl. 153. curculio niger, elytris rubris, capite poftice elongato.
Sulz. inf. t. 4. *f.* 25. *f.* 1.
Schæff. icon. t. 75. *f.* 8.
Pontop. atl. dan. 205. 1. *t.* 16.
De Geer, charenfon tête-écorchée. *tom.* 5. *p.* 257. *t.* 8. *f.* 3. 4.
Fab. 1.
Geoff. rhinomacer. 11.
Faun. Fridr. 119.
Hab. in foliis coryli, quæ in cylindrum convolvit & utrinque claudit.
Defc. Singularis eft hæc fpecies, nec

Genus Attelabi etiamnum inter obfcura eft, nec aptius reperi.

facie ad reliquas accedens. *Caput* enim, quod totum nigrum & atrum, excoriatæ vulpis caput refert. Caret enim roſtro elongato, ſed breviſſimo gaudet, cui antennæ nigræ innatæ, articulo infimo reliquis non longiore: *caput* poſtice elongatum, nec thoraci immerſum, ut in reliquis. *Thorax* antice ater eſt, uti caput, pone vero ruber ut elytra. *Elytra* ſaturate rubra, oblonga, punctis excavatis ſtriata. *Femora* nigra. Scutellum dorſi atrum eſt. *Faun.* 638.

Variat pedibus nigris aut rubris & thorace atro-lineato. V.

Avellanæ. 2. A. (de la noiſette) niger, elytris, thorace pedibuſque rubris.

Fab. 1.

Schæff. icon. t. 56. *f.* 5. 6.

Hab. in corylis Germaniæ. *D. Schreber.* In Gallia. V.

Deſc. Similis Att. coryli ſed thorax & pedes, exceptis genubus, nigra.

Att. coryli & avellanæ, pro eadem ſpecie, habuit *D. Fab.*

Curculionoides. 3. A. (la laque) niger, thorace elytriſque rubris.

Scop. carn. 72. curculio nitens.

Fab. 3.

Geoff. becmare-laque.

Sulz. inſ. t. 4. *f.* 12.

Schæff. icon. t. 75. *f.* 8.

Hab. in corylis Germaniæ. *D. Schreber.* In Gallia.

Similis Att. coryli, ſed minor.

Variat colore teſtaceo. V.

Melanurus. 4. A. (le mélanure) niger, elytris teſtaceis apice nigris.

Hab. Upfaliæ. *C. G. Kækeritz.*
Similis Att. penfylvanico, fed major. Nigra *funt caput, thorax, abdomen, antennæ, genua elytrorumque apices.* Teftacea *bafis antennarum, bafis abdominis, pedes, elytra.*

Betulæ. 5. A. (du bouleau) pedibus faltatoriis, corpore toto atro. *
De Geer, t. 5. p. 259.
Fab. 5.
Faun. Fridr. 120.
Hab. in betulæ foliis, quæ pulchre crifpa rodendo reddit. *Rolander.*
Defc. Corpus pediculo majus, oblongum, atrum. *Elytra* oblonga, punctis excavatis ftriata. *Caput* ante oculos magis anguftatum. *Femora* craffa. Simillimus curculioni. *Faun.* 640.

Formicarius. 6. A. (le formivore) niger, elytris fafcia duplici alba bafique rubris. *Scop. carn.* 111.
Jonft. inf. . . . t. 15.
Lift. mut. t. 31. f. 1.
Sulz. inf. t. 4. f. a.
Raj. inf. 103. *n.* 29.
Fab. clerus 4.
De Geer, clerus *tom.* 5. *p.* 160. *t.* 5. *f.* 8. - 12.
Schæff. cleroides. *icon. t.* 186. *f.* 4.
Faun. Fridr. 121.
Hab. in Europa, devaftans dermeft. pertinacem. In Gallia Auft. V.

Apiarius. 7. A. (l'apivore) cærulefcens, elytris rubris, fafciis tribus nigris.
Swamm. bibl.. . . . . t. 26. f. 3.
Reaum. inf. 6. t. 8. f. 10.

Sulz. inf. t. 4. f. b.
Fab. clerus 9.
De Geer, tom. 5. p. 157. t. 5. f. 3.-5.
Geoff. clairon à bandes rouges.
Schæff. elem. t. 46.
— *icon. t. 48. f. 11.*
Hab. in Germania, *P. Forskahl.* In Gallia.
Facies Att. formicarii, fed duplo major. Corpus *totum atro-cæruleſcens, fed caput & Thorax pilis nigris pubefcentia. Pectus & abdomen nitidius cæruleſcentia, ut & femora poſtica, quæ longiora.* Elytra *rubra, faſciis tribus margine repandis atris; quarum prima vix marginem lateralem attingit; poſtrema in ipſo apice elytri, cæruleſcens.* Antennæ *nigræ, clavatæ.*

Mollis. 8. A. (le porte-croix) griſeus pubefcens, elytris faſciis tribus pallidis.
Uddm. diſſ. 28. *t.* 1. *f.* 9. curculio oblongus ruber, elytris nigris, faſcia triplici albicante.
Fab. notoxus 1.
De Geer, clerus 2. *tom.* 5. *p.* 159. *t.* 5. *f.* 6.-7.
Geoff. clairon porte-croix.
Schæff. icon. t. 60. *f.* 2.
Hab. in Europa. In Gallia.
Deſc. Corpus ferrugineum. *Thorax* niger, villoſus. *Elytra* nigra, flexilia: faſciis 3 pallidis: quarum prima ad baſin, tertia in apice. *Abdomen* rubrum. *Pedes* pallidi, geniculis nigris. *Totus* ſubpiloſus eſt. *Faun.* 642.

Ceramboides. 9. A. (le ceramboïde) ater, elytris rugoſis. *
Uddm. diſſ. 26. *t.* 1. *f.* 1. curculio

maximus ater oblongus, elytris irregulariter reticulatis.
Fab. ſpondilis 2.
De Geer, ténébrion à étuis variolés.
Hab. in boleto ſomentario.
Deſc. Corpus magnitudine ſcar. ſtercorarii. *Elytra* rugoſa & varioloſa. *Antennæ* clavatæ, moniliformes. *Pedes* clavati, poſtici apice appendiculati ſ. unguiculo. *Faun.* 643.

Bupreſtoides. 10. A. (le brupreſtoïde) ater, elytris nervoſis, thorace ſubgloboſo. *
Faun. ſuec. 1. *n.* 554. bupreſtis ater.
Friſch. inſ. 13. *p.* 23. *t.* 19. ſcarabæus arboreus collo craſſo.
Fab. ſpondilis 1.
De Geer, *t.* 5. *p.* 84. *t.* 3. *f.* 21. 22.
Faun. Fridr. 122.
Hab. in Europa. In Gallia circa Lugdunum. V.
Deſc. Hoc inſectum ſingulare; an hujus generis, vix certo conſtat? Differt enim facies, locus, notæ plurimæ. *Os* enim longa forfice & acuta cum unico a latere interiore denticulo. *Corpus* totum atrum eſt, punctiſque minimis excavatum. *Antennæ* filiformes ſunt, craſſiuſculæ, breves, nec thorace longiores. *Thorax* nullo modo marginatus; antice & poſtice, ubi articulatur, pili minutiſſimi rufi. *Caput* extrà thoracem prominet. *Femorum* poſticorum par ſpatio a reliquis magis remotum eſt, quam in ullo e noſtris nobis notis inſectis. *Caput* cum thorace fere adtingit longitudinem elytrorum. *Elytra* ſingula duabus tribuſve ſtriis elevatis notantur. *Faun.* 644.

Ex spec. D. Fab.

Mutillarius. 11. A. (le mutille) niger, elytris fascia alba.
Hab. Halæ-Saxonum. *D. Schaller.* In Gallia Aust. V.
Obs. Attellabo formicario paullo major.

Ruficollis. 12. A. (le collier roux) rufus, capitis vertice nigro, elytris cæruleis nitidis.
Hab. in Sibiria. *De Pallas. Mus. D. Banks.*

Pubescens. 13. A. (le cotonneux) violaceus hirtus, rostro atro.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

2. Fasciatus. 14. A. (les deux bandes) viridi-pubescens, elytris cyaneis, fasciis duabus coccineis.
Hab. in Sibiria. *D. Pallas. Mus. D. Banks.*

Ex nost. Mus.

8. Maculatus. 15. A. (les huit taches) ruber, elytris maculis octo violaceis. *t.* 1. *f.* 26.
Hab. in Gallia Australiori.
Desc. Affinis attel. apiario cujus forte mera varietas. Thorace violaceo villoso, elytris maculis 8, quatuor majoribus, quatuor minoribus.

Serraticornis. 16. A. (les antennes dentelées) ater, elytris fascia alba, antennis serratis.
Hab. in Gallia Australiori.
Desc. Caput nigrum uti *thorax. Elytra* antice rubra, postice nigra. In parte nigra fascia alba punctumque album inferius.

Ex icon. D. Schæff. t. 151. f. 3.

Faſciatus. 17. A. (le faſcié) niger, faſciis luteis.
Hab. in Europa.
Obſ. Solis iconibus mihi cognitus.

GENUS XVI.

CERAMBYX. *Antennæ* attenuatæ.
Thorax ſpinoſus aut gibbus.
Elytra linearia.

* *Thorace ſpinis lateralibus mobilibus.*

Obſ. Nullus in Europa reperitur. *Teſte Lin.*

** *Thorace marginato, dentibus lateralibus.*

Faber. 1. C. (le menuiſier) thorace marginato utrinque unidentato rugoſo, elytris piceis, antennis mediocribus. *
Fab. prionus 4.
Friſch. inſ. 15. *p.* 2. *t.* 17.
Schæff. icon. t. 72. *f.* 3.
—— *icon. t.* 111. *f.* 1.
Enum. 245.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 252.
Hab. in Europa. In ligno rarius. In Gallia. V.
Deſc. Magnitudo cer. coriarii. *Antennæ* vix corporis longitudine. *Thorax* punctis excavatis rugoſus, ut totum corpus nigrum. *Elytra* non ſtriata. *Faun.* 646.

Coriarius. 2. C. (le prione) thorace marginato tridentato, corpore piceo, elytris mucronatis, antennis brevioribus. * *Scop. carn.* 161. *Gron. zooph.* 528.

Faun. suec. 480. cerambix niger, thorace planiusculo : margine utrinque tridentato, coleoptris piceis.

Raj. inf. 2. *scar.* 2. *t.* 1. *f.* 1. 2.

Gadd. sat. 79. cerambix cinereo nigricans, antennis & pedibus rufis.

Frisch. inf. 13. *t.* 9.

Sulz. inf. t. 4. *f.* 26.

Geoff. parif. 198. *t.* 3. *f.* 5. prionus.

Schæff. elem. t. 103.

—— *icon. t.* 67. *f.* 3.

De Geer, tom. 5. *p.* 59. *t.* 3. *f.* 5.-16.

Bergstr. Nomencl. 1. *t.* 13. *f.* 3. 4. 5. 6.

Voet. scar. 2. *t.* 3. *f.* 9.

Hab. in betulis putridis. In Gallia.

Desc. Corpore maximo, antennis longiore, planiusculo : facies ferme scarabæi tridentati. *Faun.* 647.

Obs. 1. Spina thoracis intermedia longior & acutior.

Obs. 2. *Cerambyx imbricornis.* Linn. mera variatas, teste *D. Fab.*

Depsarius. 3. C. (le mou) thorace marginato unidentato, corpore piceo, antennis rubris brevioribus.

Hab. in Suecia. In Gallia Aust. V.

Similis cer. coriario, *& pro hujus mare a nonnullis habetur, at differt* corpore *ferrugineo, dimidio angustiore.* Oculis *subrotundis, nec reniformibus;* Pectoris *villo testaceo, nec pallido.* Thorace *supra subpubescente, nec lævi.* Elytris *longitudinaliter rugosis.* Pedibus *testaceo-ferrugineis, nec fusco-piceis.* Antennarum *articulis simplicibus, nec turbinatis.*

*** *Thorace*

Planatus. 4. C. (l'aplati) thorace marginato ſcabro antice dentato, antennis pedibuſque ferrugineis. *

Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.

Deſc. Magnitudo dupla pediculi. *Corpus* depreſſum. *Antennæ* longitudine fere corporis. *Thorax* margine utrinque ſcabro & antice mucronato. *Elytra* opaca, ſtriata, ſtria laterali elevata. *Pedes* ferruginei. *Faun.* 645.

*** *Thorace rotundato, ſpinis fixis lateralibus mucronato.*

Nebuloſus. 5. C. (le nébuleux) thorace ſpinoſo, elytris faſtigiatis punctis faſciiſque nigris, antennis longioribus. * *Scop. carn.* 173. *It. gotl.* 273.

Sulz. inſ. t. 4. *f. c.*

Fab. 26.

Faun. Fridr. 124.

De Geer, tom. 5. *p.* 71.

Enum. 246.

Hab. in abietum truncis.

Deſc. Hic inter minores omnino numerandus eſt. *Caput* nigricans. *Antennæ* corpore ſeſqui-longiores apice tenuiſſimæ : articulis ſingulis ſuperne nigris inferne pallidis. *Thorax* utrinque denticulo notatus, ſuperne cinereus punctis nigris maculatus. *Elytra* cinerea, punctis minimis excavata, non ſtriata, præterea punctis inæqualibus nigris irrorata, denſius verſus baſin ; faſcia dein nigra tranſverſalis latiuſcula in medio elytrorum. *Faun.* 650.

Obſ. Hic cer. non deſcriptus fuit in hiſtoria inſectorum. Error igitur in *D. de Geer* citatione.

Hiſpidus. 6. C. (les broſſes) thorace ſpinoſo, elytris

subpræmorsis, punctisque tribus hispidis, antennis hirtis longioribus. *

Faun. suec. 1. *n.* 484. *t.* 1. cerambix cinereus, elytris præmorsis nigris fasciaque alba, antennis sesquilongioribus.

Raj. inf. 97. *n.* 4.

Frisch. inf. 13. *p.* 22. *t.* 16.

Enum. 248.

Fab. 27.

De Geer, *tom.* 5. *p.* 71. *t.* 3. *f.* 17.-18.

Schæff. icon. t. 176. *f.* 5.

Geoff. cap. à étuis dentelés. *Ent. parif.* 9.

Hab. in Europa. Non rarus in istis regionibus.

Desc. Longitudo muscæ domesticæ, sed angustior. *Totus* cinereus est, punctisque nigris irroratus: striæ aliquot elevatæ in elytris & fascia alba transversalis latiuscula in medio elytrorum, basi tamen paullo propior. *Thorax* aculeis prominulis, præsertim lateralibus. *Antennarum* articulis superne nigris, inferne cinereis. *Varietas* in aliis fascia albida cordata in parte anteriore coleopterorum; postica pars elytrorum retusa, acute præmorsa, s. dentata. *Faun.* 651.

Moschatus. 7. C. (le musqué) thorace spinoso, elytris obtusis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis mediocribus. * *Scop. carn.* 165.

Faun. suec. 1. *n.* 478. cerambyx viridicærulescens, antennis corpus subæquantibus.

Mouff. inf. 133. *f. ultima.*

Raj. inf. ~~31.~~ *n.* 17. 81.

Lift. loqu. 384. *n.* 11. scarabæus suaviter olens.

Cerambycis *Larvæ Ligna rodunt, perforant, penetrant.*

Frisch. inf. 13. *t.* 11.
Ammir. inf. t. 33.
Sulz. inf. t. 4. *f. e.*
Enum. 249.
Poda gr. p. 32. *n.* 2.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 264.
Fab. 9.
Geoff. capricorne vert à odeur de rose.
Schæff. icon. t. 11. *f.* 7.
De Geer, tom. 5. *p.* 63.
Hab. in Europa. In Galliæ salicibus.
Desc. Quoad ipsum corpus inter nostras maxima est hæc species. *Totus* cæruleo-viridis aureo-nitens. *Abdomen* supra cæruleum. *Alæ* nigræ. *Pedes* colore cum reliquo corpore conveniunt : pedum tarsi subtus villosi, glauci ; tibia terminatur spina. *Thorax* utrinque mucrone gaudet, intra hos mucrones tria tubercula paullo minora, elytris propiora, & nonnulla alia tubercula adhuc minora anterius. *Elytra* minutissimis rugis, fibrisque tribus longitudinalibus parum elevatis notata, oblongo-lanceolata, flexilia. *Antennæ* vix longitudinem corporis adtingunt, harum articuli per gradus versus extremitatem breviores sunt, contrario ac in reliquis modo. *Faun.* 652.
Obs. Variat antennis pedibusque cyaneis & fuscis. Odor perit cum vita F. in nostris grata etiam post mortem. V.

Alpinus. 8. C. (la rosalie) thorace spinoso, coleoptris obtusis fascia maculisque quatuor atris, antennis longis. *Scop. carn.* 166.
It. scan. 260. cerambyx subcærulescens, fascia maculisque 4 nigris.
Jonst. inf. p. 15. *f.* 3.
Scheuch. itin. 1. *t.* 1. *f.* 5.

Mouff. inf. 150. *f.* 2.
Rob. ic. 8.
Sulz. inf. t. 4. *f. d.*
Poda inf. 32. *n.* 3. cerambyx pilofus.
Schæff. icon. t. 123. *f.* 1.
Drury. inf. 2. *t.* 31. *f.* 5.
Geoff. rofalie.
Enum. 250.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 265.
Handbuchder. nat. 4. *B. t.* v.
Hab. in Helvetia. In Suecia rarior. In Gallia prope Divionem reperi; etiam a *D. Gaillard* in Delphinatu lectus, prope clivum S. Andreæ.
Obf. Colore fafciifque ab omnibus diftinguitur, licet poft mortem minus elegans fit. V.

Ædilis. 9. C. (le charpentier) thorace fpinofo, punctis quatuor luteis, elytris obtufis nebulofis, antennis longiffimis. *
It. æl. 8. cerambyx nebulofus, antennis corpore longioribus, thoracis punctis quatuor luteis.
Petiv. Gazoph. t. 8. *f.* 8. capricornus rufticus.
Mouff. inf. 151. *f.* 2.
Frifch. inf. 13. *t.* 12.
Sulz. inf. t. 4. *f.* 27.
De Geer, tom. 5. *p.* 66. *t.* 4. *f.* 1.-4.
Schæff. icon. t. 14. *f.* 7.
Act. nidrof. 4. *t.* 16. *f.* 8.
Bergtr. nomencl. 1. 3. 5. *t.* 1. *f.* 5. 6.
—— *t.* 2. *f.* 1.
Faun. Fridr. 125.
Enum. 254.
Poda gr. p. 32. *fp.* 4.
Hab. in truncis arborum Europæ. In Gallia frequens in Velaunia prope Cambonium. V.

Desc. Pollicem tranſverſum longum eſt corpus, totum cinereum. *Elytra* obtuſa, pilis munitiſſimis adſperſa, inter quos pilos tubercula ſeu puncta minutiſſima prominent confertiſſima; umbra nigricans coleoptera tranſverſim ambit verſus poſteriora in medio curvata. *Thorax* etiam cinereus, mucrone utrinque prominulo, & punctis quatuor luteis tranſverſalibus a tergo. *Oculi* nigri, punctum pone antennas nigrum. *Antennæ* ipſo corpore quintuplo longiores, ex 10 articulis cinereis, verſus apicem nigris, quo capiti propiores, eo breviores. *Alæ* nigricantes, venis fuſcis. *Fœmina* ano prominet, huic antennæ ipſo corpore triplo longiores: maris autem cornua quintuplo vel ſextuplo corpore longiora. *Faun.* 653.

Sutor. 10. C. (le moucheté) thorace ſpinoſo, elytris obtuſus atris ſubnebuloſis, ſcutello luteo, antennis longiſſimis. * *Scop. carn.* 162.

Faun. ſuec. 1. *n.* 482. cerambyx ater, elytris punctatis maculis pallidis ſparſis, antennis corpore longioribus, thorace ſpinoſo.

Gadd. diſſ. 27. cerambyx nigro-nebuloſus, ſcutello pallido, elytris fuſco-æneis.

De Geer, tom. 5. *p.* 65.

Sulz. inſ. t. 5. *f.* 4.

Fab. 15. lamia ſutor.

Faun. Fridr. 126.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Nigricans elytris faſciis obſoletis 2 albidis.

Deſc. Magnus & ater eſt. *Oculi* nigri pone antennas excurrentes. *Thorax* utrinque angulo majori armatur; ma-

cula ferruginea ad basin elytrorum introrsum. *Thorax* & *Elytra* atra punctis sparsis fere contiguis excavatis (nudo oculo manifestis) puncta flava, sparsa super thoracem & elytra. *Mas* antennis nigris triplo aut quadruplo corpore longioribus; *fæmina* antennis corpore sesquilongioribus nigris, articulis singulis versus basin cinereis. *Faun.* 655.

Obs. Alium vidimus majorem, elytris minus maculatis; vix tamen distinctus est. V.

Cerdo. 11. C. (le savetier) thorace spinoso rugoso nudo, corpore nigro, antennis longis, articulis quatuor primis clavatis.

Mouff. inf. 149. *f.* 2.
Frisch. inf. 13. *t.* 8.
Fab. 18.
Bergstr. nomencl. 1. 8. 10. *t.* 1. *f.* 10.
—— *t.* 2. *f.* 3.
Schæff. icon. t. 14. *f.* 8.
Drury. inf. 1. *t.* 39. *f.* 1.
Faun. Fridr. 123.
Geoff. petit capricorne noir.
Scop. cerdo.
Scop. heros.
Geoff. grand capricorne noir.
De Geer, tom. 5. *p.* 69.
Hab. in Italia. *M. Kæhler.* In Germania *Forskahl.* In Gallia.

Statura præcedentis; corpus & artus nigra. Elytra *fastigiata, apice pallidiora f. picea.* Antennæ *corpore longiores : articulis* 4 *primis brevioribus clavatis f. apice rotundatis, reliquis compressis.* Minor (*an Mas*) *antennis mediocribus, elytris postice non piceis, qui*

Cerambycum *Larvæ perforant ligna, extrahuntur a Picis.*

Scop. carn. 162, *non videtur specie diversus.*

Obs. Antennæ longitudine differunt. Cerdo & heros vix species distinctæ; differunt imprimis magnitudine. F.

Textor. 12. C. (le tisserand) thorace spinoso, elytris obtusis, convexis, atris, punctatis, antennis mediocribus. * *Scop. carn.* 164.

Uddm. diss. n. 29. cerambyx sordide niger, punctis elevatis sparsi, antennis crassis corporis longitudinem subæquantibus.

Fab. lamia 7.

De Geer, tom. 5. 8. 64.

Geoff. capr. noir chagriné.

Schæff. icon. t. 10. *f.* 1.

Berystr. nomencl. 1. 5. 8. *t.* 1. *f.* 8.

Enum. 255.

Poda gr. p. 33.

Hab. in Europa. In truncis arborum Galliæ.

Desc. Corpus nigrum atomis cinereis irroratum. *Maculæ* ferrugineæ in pectore & abdomine. *Faun.* 656.

Tristis. 13. C. (le triste) thorace spinoso niger, elytris fuscis maculis duabus atris, antennis mediocribus. *tab.* 1. *f.* 27.

Fab. lamia 29.

Scop. Ann. hist. nat. 5. 95. 54.

Hab. Monspelii, in ligno cupressi. *D. Gouan.* Ubique in Gallia Aust. V.

Antennæ vix longitudinem corporis æquant. V.

Corpus *statura cer. textoris.* Antennæ *atræ.* Thorax *supra fuscescens.* Elytrorum *macula altera anterior, altera posterior.*

Fuligina- 14. C. (le ramonneur) thorace ſubſpinoſo
tor. niger, elytris cineraſcentibus, antennis
brevioribus.

Fab. lamia. 34.

De Geer, tom. 5. *p.* 70.

Geoff. capr. ovale-cendré ; faſciatus 8. *Entom. pariſ.*

Hab. in Germania. *P. Forskahl.* In Galliæ ſalicibus.

Minor Ape ; totus ater. Antennæ vix *corporis longitudine.* Thorax *rotundatus, parce ſpinoſus.* Elytra *minus acuta, rore cinereo ſordide inquinata.*

Curſor. 15. C. (le coureur) thorace ſpinoſo, elytris obtuſis, rufis, margine lineaque nigris, antennis mediocribus. * *Scop. carn.* 167.

Faun. ſuec. n. 481. cerambyx rufus, coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.

Fab. Rhagium 2.

De Geer, leptura 3. *tom.* 5. *p.* 128.

Sulz. inſ. t. 5. *f.* 7.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Deſc. Eſt hæc ſpecies inter maximas hujus generis. *Abdomen, pedes, os, frons*, obſcure nigra ; ſed *abdomen* pilis canis tectum. *Thorax* aculeis lateralibus majoribus, utrinque ſolitariis apice rubris, & pluribus minoribus intermediis. Inter antennas duo tubercula rubra. *Elytra* tuberculis elevatis ſcabra, villiſque minimis adſperſa. Elytra ad baſin angulos formant, e quibus ad apicem faſcia ſeu linea lata nigra excurrit, ut & a ſcutello per utrumque elytron ſecundum longitudinem ſuturæ ; linea intermedia lata nigra uſque ad apicem elytrorum. *Faun.* 658.

Lamed. 16. C. (le bedeau) thorace ſpinoſo pubeſcente, elytris faſtigiatis lividis: tænia obſcura longitudinali ſinuata, antennis brevioribus.

Faun. ſuec. 1. *n.* 498. leptura nigra, elytris nigricante-lividoque variis.

Geoff. ſtencore lamed 6.

Fab. ſtencorus 3.

De Geer, leptura 4. *tom.* 5. *p.* 129. *t.* 4. *f.* 10.

Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Magnus. *Elytra* livida baſi & medio extrorſum livido, reliquo nigricante, ſ. faſciæ duæ latæ oblique fuſcæ. *Corpus* totum nigrum. *Thorax* utrinque ſpinoſus. *Faun.* 649.

Meridianus. 17. C. (le méridien) thorace ſubſpinoſo, elytris ſubfaſtigiatis fuſcis antice teſtaceis, pectore nitente. *

Syſt. nat. 10. *p.* 398. *n.* 7. leptura meridiana.

Enum. 257.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 269.

Schæff. icon. t. 3. *f.* 13.

— *icon. t.* 79. *f.* 7.

Fab. ſtencorus 1.

De Geer, leptura meridiana 5. *tom.* 5. *p.* 130.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Deſc. Fæmina tota nigricans. *Mas* pectore, abdomine, pedibus, exceptis geniculis nigris, teſtaceus. *Elytra* ſubteſtacea, apice nigra. *Thorax* parce ſpinoſus, etiam abdomen certo ſitu aureo reſplendentia. *Faun.* 648.

Obſ. Variat admodum colore & magnitudine. V.

Noctis. 18. C. (le ſombre) thorace ſpinoſo totus niger, antennarum baſi ferruginea.

Fab. Rhagium 3.
Hab. in Europa. *Thunberg.*
Simillimus cer. curſori excepto colore & quod ipſa baſis, cui inſident antennæ, ferruginea ſit.

Inquiſitor. 19. C. (l'inquiſiteur) thorace ſpinoſo, elytris nebuloſis fuſco-ſubfaſciatis, antennis brevioribus. *
Faun. ſuec. 1. *n.* 485. cerambyx cinereus nigro-nebuloſus, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo.
Friſch. inſ. 13. *t.* 14.
Enum. 258.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 269.
Geoff. ſtencore 2.
Fab. Rhagium 1.
Schæff. icon. t. 2. *f.* 10.
Sulz. inſ. t. 5. *f.* 7.
De Geer, leptura inquiſitor. *tom.* 5. *p.* 124. *t.* 4. *f.* 6.
β. *Faun. ſuec.* 1. *n.* 486. cerambyx cinereus, coleoptris faſciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo.
Geoff. ſtencore 1.
De Geer, leptura mordax.
Schæff. elem. 118. *f.* 1.
—— *icon. t.* 8. *f.* 2. 3.
Enum. 258.
Faun. Fridr. 128.
Hab. in Europa. In Gallia.
Deſc. Caput vellere cinereo punctiſque vix conſpicuis nigris ſub vellere; pone oculos, verſus pectus nigrum; punctum pone antennas nigrum. *Antennæ* cinereæ, undecim articulis, corpore dimidio breviores, antrorſum protenſæ; tibiæ ad apicem duabus ſpinis armantur. *Thorax* cinereus, margine laterali

